SPECIMEN CATALOGI

CODICUM MSS. ORIENTALIUM BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO BATAVAE.

SPECIMEN CATALOGI

CODICUM MSS. ORIENTALIUM BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE,

IN QUO MULTOS LIBROS INEDITOS DESCRIPSIT, AUCTORUM VITAS NUNC PRIMUM VULGAVIT, LATINE VERTIT, ET ANNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

HENRICUS ARENTIUS HAMAKER,

L. L. O. O. IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PROF. EXTRAORD. ET INTERPRES LEGATI WARNERIANI.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANS,

ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.

MDCCCXX

PRAEFATIO.

Bibliothecae Codicum Orientalium Lugduno-Batavae praestantia inter Belgas exterasque nationes ab aevo summis laudibus celebrata est, eaque ab omnibus eruditis inter maxima hujus Academiae ornamenta merito censetur. Nam licet illam nonnullis illustrissimis Bibliothecis, Parisiensi, Oxoniensi aliisque, librorum numero inferiorem esse fateamur; at Codicum tamen et veterum et rarissimorum, et in omni denique disciplinarum genere summo cum studio conquisitorum varietate adeo instructa est, ut hac in parte, quae istam superent, nullae, quae aequent, paucae esse videantur. Nec illud profecto aliter fieri potuit. Quippe clarissima Seculi decimi septimi ingenia, GOLIUS, SCALIGER et WARNERUS, magno judicio in eligendis, summa liberalitate in coëmendis MSS. versati sunt. Quos si in tot tantisque thesauris Academiae nostrae vindicandis pari studio atque industria secuti essent posteri; nae illa, quam aequi harum rerum arbitri jam inter paucas magnam esse censent, eadem hoc tempore omnium omnino Regina Bibliothecarum Orientalium sine ulla dubitatione existimaretur. Nunc post istos, quos nominavimus, triumviros, nihil fere ad veteres copias accessit, modicam supellectilem si exceperis, complures tamen bonae notae libros continentem, quae ex libris JOHANNIS JACOBI SCHULTENSII Viri Celeberrimi, emtionis jure, in Academiae possessionem transiit. Quod autem aevo superiore, in summo omnium bonarum literarum, apud Belgas imprimis, splendore atque luce, Viri rerum linguarumque Orientalium peritissimi minus sensisse videantur, quanta subsidia ad harum literarum intelligentiam sibi adhuc deëssent; id ex

Orientalis studii ratione, quae tum potissimum invaluit, repetendum censeo. Ex quo enim ALBERTUS SCHULTENSIUS totam vim ingenii (quod a natura excellentissimum acceperat), uberrimamque doctrinae copiam ad Hebraicas maxime literas, vicinarum ope dialectorum illustrandas et explicandas, traduxit, omnesque cordatiores facile in sui imitationem traxit; eorum, qui et tum et postea apud Belgas huic doctrinae incubuerunt, laborem et industriam in Lexicographis Arabicis, Poëtis Scholiastisque legendis et excerpendis, imprimis occupata fuisse constat. Quod studium etsi, tam ad Arabicarum, quam ad Hebraicarum praesidium literarum, magnopere necessarium omnibusque commendandum putamus; istorum tamen hominum animos nimis a reliquarum contemplatione rerum avertit et avocavit. Nam, ut de ceteris Artibus taceam, Mathesi, Astronomia, Medicina, Rerum Naturalium peritia, de Historia (cujus scientiam felicissimo successu Seculo decimo septimo jam patefecerant POCOCKIUS, HERBELOTIUS aliique, decimo octavo mirifice auxit et amplificavit GUIGNESIUS), de Historia, inquam, Orientalium civili apud nostrates parum laboratum est, de literaria etiam minus: quae tamen sola viam monstrare poterat ad optimorum, quibus adhuc caremus, Codicum, et quovis pretio comparandorum notitiam. Hoc igitur superioris illius temporis studium fuit, praesentis alia ratio est. Ex angustioribus enim cancellis, quibus undique clausae literae Orientales et quasi circumseptae tenebantur, Gallorum, Britannorum, Germanorum operâ, inter quos SACYUM, JONESIUM, HAMMERUM, nominasse sufficerit, in apertum stadium campumque sunt productae, neque ullis jam amplius, nisi ipsius Asiae, finibus continentur. Magnum ubique doctissimorum et sagacissimorum virorum numerum ad hanc potissimum disciplinam, ad hanc ingenii sui exercitationem, quasi divinitus ferri et impelli videmus. Quae cum ita sint, haud dubiam spem fovemus, hanc tanti vim exempli nostram quoque gentem propediem esse excitaturam, ad literas Orientales (quarum desiderio et amore semper flagravit), a situ et squalore vindicandas, compluresque fore,

qui

qui, sine ullo prorsus Hebraicae linguae neglectu, per fines doctrinae Orientalis amplissimos undique sibi excurrendum et exspatiandum putent, qui copias nostras huc usque ignotas et latentes ad publicam cognitionem utilitatemque proferant, qui denique (favente Augustissimi Regis nostri liberalitate) veteres thesauros novis augeant. Sed haec, ut ajunt, *θεῶν ἐν γούνασι κεῖται*. Si tamen nunc aliquando beatior illa lux literis Orientalibus affulgeat, illius laetissimi temporis initia sapienti Nobilissimorum hujus Academiae Curatorum consilio debemus, qui triennio abhinc novam hujus disciplinae cathedram creandam constituendamque censuerunt; quam qui obtineret, is in dialecto Arabica, Chaldaica, Syriaca, docendis, in recentioribus Orientis linguis, quantum fieri posset, excolendis, in MSS. etiam Bibliothecae nostrae copiis excutiendis praecipue versaretur. Hanc autem provinciam, honestissimam quidem, at laboris, difficultatis molestiarumque plenissimam mihi detulerunt, quem antea Amstelodami in Graecis Latinisque literis occupatissimum, Orientalibus autem tantum tribuentem, quantum in summa subsidiorum penuria et praecedentium temporum publica privataque calamitate fieri potuit, Regis benignitas biennio ante Franequeram ad Linguarum Orientalium professionem vocaverat. Cui Principis Optimi Curatorumque Illustrissimorum, de me meisque studiis bene sperantium, opinioni utrum huc usque satisfecerim, penes alios judicium esto: hoc equidem certo scio, mihi nec isto priore, nec praesenti munere, quidquam accidere potuisse jucundius aut honorificentius, meque in utroque tuendo et ornando, maxima, qua per ingenii mediocritatem valetudinemque poteram, diligentia esse versatum. Cum autem inter alia hujus professionis officia hoc etiam ad me pertinere judicaretur, ut omnium Codicum Orientalium novum Catalogum conficerem, addita aliqua etiam auctorum notitia, id statim ante fieri non posse intellexi, quam familiaritatem, non levem illam atque subitariam, sed intimam et diuturnam, cum MSS. contraxissem. Neque enim sufficere, ut Codicum inscriptiones legantur, quae saepe aut falsos aut trunca-

tos titulos praeferant, saepe etiam plane desiderentur; sed praefationes, imo totos libros percurrendos esse, ut de singulorum argumento, forma, ratione pronunties: de auctorum rebus in Historiae literariae libris, quos multos variosque Bibliotheca publica servat, inquirendum, aut si horum destituamur auxilio, ex ipsis operibus de scriptorum aetate conjecturam esse faciendam. Hunc igitur non aliquot mensium, nec unius anni laborem, sed talem, in quo rite perficiendo facile majorem aetatis partem consumas, eo usque seponendum esse decrevi, donec doctior omnibusque auxiliis paratior ad eum profligandum possem accedere. Interim me ad WAKIDAEUM converti, cujus cognoscendi mirifico quodam desiderio flagrabam. Quippe dudum mihi ex OCKLEYI Historia Saracenica innotuerat simul et placuerat illius de Syria a Moslemis occupata narratio: adverteratque me etiam Doctissimorum Virorum de illius fide et auctoritate dissidium: quorum alii, ut GIBBONUS et LE BEAUIUS, in illius belli descriptione, hunc imprimis ut testem fide dignum essent secuti; alii, ut REISKIUS et KOEHLERUS, eundem, ut mendacem et fabulosum, summo contemtu onerassent. Qua de caussa hanc quaestionem haud indignam existimavi, quam accuratius indagarem et explorarem, ut, si fieri posset, ex penitiore ipsorum fontium huc pertinentium inspectione decerneretur, utri sententiae fidendum esset. Ergo omnes, quotquot in Catalogo sub WAKIDAEI nomine feruntur, libros accurate perlegi et excerpsi, eosque cum BELADZORII, ABDORRAHMANI, NUWEIRII, MAKRIZII aliorumque auctorum de bello Syriaco Aegyptiove traditionibus comparavi, et testimonia, quae tam de ipso auctore, quam de illius scriptis, huc illuc dispersa leguntur, studiose conquisivi. Crescebat in dies rerum memorabilium moles et multitudo, nec tamen apparatum ad eam maturitatem jam pervenisse putabam, ut vel de Diatribe Wakidaeana, prouti constitueram, conscribenda cogitare possem, vel de annotatione in ejusdem auctoris de Aegypti inferioris expugnatione libellum, conficienda, quod opusculum multis in locis a me emendatum, typis describi curave-

ram;

ram; idque partim in tironum gratiam, quorum usibus imprimis aptum esse videbatur, partim, ut ex ipsius WAKIDAEI, sive potius PSEUDO-WAKIDAEI, scriptione eruditi melius judicare possent de nostrae opinionis, multis olim argumentis roborandae, veritate. Horum igitur editionem cum per aliquod tempus adhuc differendam esse intelligerem, iterum me ad Catalogum applicui, cujus nisi conficiendi, at inchoandi certe et affectandi, viam mihi aliqua jam ex parte invenisse et aperuisse existimabam. Nam multorum interea Codicum habitum argumentumque accuratius cognoveram, multos praesertim excusseram et exploraveram MSS. de Historia literaria libros, ut haud inane nec absurdum consilium futurum esse videretur, si Catalogi, qualem animo informaveram, edito specimine, primas temporis, hic in studiis Orientalibus consumti, rationes redderem. Ex plurimis ergo, quos evolveram, libris nonnullos selegi, quos sive auctorum celebritate, sive argumenti praestantia, dignissimos arbitrabar, de quibus ante alios agerem. Horum formam externam accurate breviterque descripsi: ex libris ipsis tantum excerpsi, quantum ad eorum rationem internam adumbrandam sufficeret. Alius enim generis fragmenta non Catalogo tribuenda, sed peculiaribus singulorum Codicum notitiis reservanda sunt. Auctorum vitas ex ineditis libris produxi: in annotationibus denique illud spectavi, ut pro virili nihil, quod ad Criticam, Grammaticam, Geographiam, Historiam literariam civilemve pertineret, intactum relinquerem. Quae res cum in reliquis insignem quaerendi et indagandi laborem habuit, tum in nominibus virorum propriis maxime. Arabes enim eruditos, quos laudant, passim designare solent, cognomine a patre filiove, loco natali, artificio aliisque rebus repetito; Lexica autem Historica tantum non omnia secundum nominum propriorum, inventu saepe difficillimorum, seriem decurrunt. Ad ordinem operis quod spectat, Chronologicum servavimus, et ab antiquioris aetatis auctoribus ad recentiores sumus progressi, licet in integro Catalogo numeros potius sequendos esse putemus, quibus Codices in Bibliotheca, singulorum tituli in edito

Catalogo ad calcem, insigniuntur: idque cum aliis de caussis, tum eo imprimis, quod saepius uno volumine variarum aetatum opuscula contineantur. Quo factum est, ut semel in hoc ipso specimine a temporum ordine recedere cogerémur, ubi paragrapho nona de Codice 334 disputavimus, ideo aliis nobilioribus a nobis praelato, quod libellos etiam in Catalogo non memoratos complecteretur. Hac igitur, qua diximus ratione, confectam nunc quidem, Benevole Lector! a me accipis descriptionem Codicum unius et viginti, vitas auctorum e Manuscriptorum latebris productas ad sedecim. Quod si vita viresque supersint, totum aliquando Codicum Orientalium Catalogum, pari exornatum cura atque expolitum, tibi tradere decrevi, nec tamen ante singulis voluminibus eo consilio describendis manum admovere constitui, quam de omnium forma, habitu, argumento, auctoribus, accurate cognovero: ut integra Bibliothecae descriptio, non per partes, sed uno simul tenore, cum orbe erudito communicari possit. Nam quod nunc editur opus eo tantum spectat, ut meum hac de re consilium viris doctis patefaciam et quodammodo probem; ut principum in hoc literarum genere de illo instituto sententiam exquiram et provocem; ut denique, quemadmodum ante dixi, temporis acti rationes reddam. Quamvis equidem haud ignoro me nonnullorum reprehensionem cavillationemque minime effugiturum, sive tantum laboris et ornamenti in Catalogum conferendum esse negantium, sive talem operam extra unius hominis potestatem esse positam, quodque in viginti Codicibus perfectum sit, idem in mille et quadringentis (tot enim fere numerantur) vix praestari posse existimantium. Quorum duplici argumento bifariam respondendum est. Nam ut priori occurram, in Catalogo illustrissimae Bibliothecae Manuscriptorum Orientalium, sedem primariam et quasi arcem locandam esse putamus Historiae literariae; cum nusquam lubentius auctorum minus cognitorum notitiam reperias, quam ubi de ipsis eorum libris agatur. Haec autem notitia, quo uberior erit, et rerum varietate instructior, notisque ornatior, eo major

to-

totius operis utilitas futura est, et ad plures pertinebit. Sic enim Catalogi lectores invenient, si eorum forma habitusque, quantum ejus fieri potest, ad aliorum librorum rationem accesserit. Qui vero dubitant an universae vitae spatium tanto labori profligando sufficiat, hi secum reputent multos esse Codices, quorum auctores aut ignorentur, aut minus in Historia literaria celebrentur, saepe etiam complures ad unum eundemque scriptorem pertinere; quo fiat ut totum illud negotium facile intra quatuor vel quinque lustra confici posse existimem; nec adeo mihi, vix tricesimum aetatis annum egresso, de bono exitu omnino desperandum sit. Quodsi antequam opus absolvero contigerit e vita discedere, me tamen tantum, quantum poteram, praestitisse, viamque perficiendi laboris et rationem aliis felicioribus monstravisse omnes judicabunt. Haec habui, Lector Benevole! quae tam de futuris meis consiliis, quam de Specimine, quod nunc in lucem profertur, in universum monenda ducerem, quibus hoc unum adhuc addendum arbitror, Indices Rerum et Verborum, quos in fine adjectos cernis, non meae industriae deberi, sed eam in rem mihi operam suam perhumaniter obtulisse Virum Doctissimum THEODORUM ADRIANUM CLARISSE, Theologiae Doctorem. Hanc vero scriptionem, Deo favente, proximo anno excipiet PETRI JOHANNIS UYLENBROEK, juvenis in paucis eruditi, discipulique meritissimi, meis auspiciis conscripta, de Iracae Persicae Geographia ex Orientalium fontibus illustrata, dissertatio: quam brevi intervallo comitabuntur cum Wakidaeanus de Aegypti inferioris expugnatione libellus, mea qualicumque annotatione illustratus, tum amplissima illa de WAKIDAEO, omnibusque, qui in Catalogo sub ejus nomine feruntur, libris, Diatribe, cujus uberrimam materiem jam magna ex parte a nobis collectam esse supra significavimus.

Jam igitur ad exitum suum vergit festinatque praefatio nostra. Nec tamen ego committere aut possim aut velim, ut ante dicendi finem faciam, quam debitas gratias egero duumviris, de nostri Speciminis editione optime meritis: PALMIO Viro

Cla-

Clarissimo, multisque nominibus a me colendo, et Illustrissimo D'OHSSONO, Augustissimi Regis Suecici apud Belgas Legato, quorum nisi alter praestantissimum suum IBN KHALICANI Codicem, alter HADJI KHALIFAE (quo Leydensis adhuc Bibliotheca caret) exemplar pulcerrimum mihi humanissime commodasset, numquam haec opella ad aliquam perfectionem maturitatemque pervenire potuisset. Caeterum silentio premendum non est, nos eo demum tempore HADJI KHALIFAE Lexicon Bibliographicum usurpasse, quo jam ad paragraphum hujus Speciminis decimam typothetae erant progressi: hinc quidquid eo in scriptore ad superiores istos, IBN KOTAIBAM, BELADZORIUM, THABARITAM, IBN DOREIDUM aliosque, pertineat, id non in notis textui subjectis, sed in addendis memorari. Neque vero illud etiam, quod paene ex memoria nobis exciderat, praetermittendum judicamus, nos in nominibus Orientalium propriis Latine exprimendis eam plerumque potestatem singulis literis tribuisse, quam in Grammatica sua ipsis affixerat SACYUS Vir Illustrissimus, nec tamen ubique in ea observanda pari cura atque constantia esse versatos. Quod (spero) facile condonabitur homini, hunc primum industriae suae in literis Orientalibus positae foetum edenti, nec antea, ut fit, certae cuidam regulae ac normae his in nominibus Latine exprimendis adstricto et assueto. Atque eam sane negligentiam tanto minorem habendam esse arbitramur, quanto major est inter egregios hujus doctrinae vindices et statores de hoc ipso negotio dissensus; quorum qui vel in sua scribendi ratione, nullo errore, summa constantia, ubivis perseveraret, huc usque vidimus neminem.

Dabam Lugduni in Batavis, ipsis Calendis Decembr. MDCCCXX.

H. A. HAMAKER.

SPECIMEN

SPECIMEN CATALOGI

CODICUM MSS. ORIENTALIUM BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE.

---

§. I.

MS. 1773 (782) كتاب المعارف في اخبار العرب وانسابهم تاليف ابي محمد عبد الله بن مسلم بن قتيبة *Liber notitiarum de Arabum historiis atque originibus. Opus Abou Mohammedis Abdallae ibn Moslem ibn Kotaiba.* Bene scriptus est Codex in Charta Orientali. Continet pp. 515. formae Octavae. Absolutus est die 18 Dzulhadjae Anni 1012 (1603—4). Qualis hujus libri sit ratio, quanta utilitas, satis intelligi potest ex Reiskii *Prodidagm. ad Hagji Chalifae librum memorialem* p. 231. et Eichhorniano libello, quo, ex apographo Reiskiano, Ibn Kotaibae genealogias Arabum et Regum Gassanidarum Hirensiumque historiam edidit, Gothae 1775. De ipso auctore aliisque illius operibus egerunt Koehlerus in libro, qui inscribitur, *Repertorium für Bibl. und Morgenl. Literatur* T. I. p. 65—69. Reiskius ad Abulf. A. M. T. II. p. 265. Not. Hist. 232 et 233. Herbel. v. *Adab al Kateb*, *Deinouri*, *Catbah*, *Oioun alakhbar* et *Ketab al Monakkadhat.* Adde Eichhorn. in lib. laud. p. 61. et Casirium *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 167. Qui tamen omnes cum in aliis erraverint, alia omiserint, ipsam Ibn Kotaibae vitam, ex purissimis *Ibn Khalicani* fontibus, produxisse juvabit. Edidimus autem illam, ut pleraque omnia quae ex eo scriptore derivavimus, duorum codicum beneficio, Leydensis, Mauritanico Charactere exarati, et Palmiani. Hujus lectionem ut praestantiorem secuti sumus, illius varietatem in notis commemoravimus; in versione autem illud expressimus, quod in alterutro codice vero proximum videbatur. In Cod. P. exstat haec vita T. I. p. 385 sq. in Leydensi T. I. p. 406 sq. Cf. Doctiss. Tydemanni Ind. No. 327.

 ابو

ابو محمد عبد الله بن مسلم بن قتيبة الدينوري وقيل المروزي النحوي اللغوي صاحب كتاب المعارف وادب الكاتب (1) كان فاضلا ثقة (2) سكن بغداد وحدث بها عن اسحق ابن رهوية (3) وابي اسحق ابراهيم ابن (l. بن) سفيان وسليمان بن ابي بكر بن عبد الرحمن بن زياد بن (l. ابن) ابيه البادي (4) وابي حاتم السنجستاني (5) وتلك الطبقة روي (6) عنه ابنه احمد وابن درستويه الفارسي وتصانيفه كلها مفيدة منها ما تقدم ذكره ومنها غريب القران الكريم وغريب الحديث وعيون الاخبار ومشكل القران ومشكل الحديث وطبقات الشعراء والاشربة واصطلاح (7) الغلط وكتاب التفقيه (8) وكتاب الخيل وكتاب اعراب القرات وكتاب الانواء وكتاب المسايل والجرابات (9) وكتاب الميسر والقداح وغير ذلك وقرا (10) كتبه ببغداد الي حين وفاته وقيل ان اباه مروزي واما هو فمولده ببغداد (11) وقيل بالكوفة واقام بالدينور مدة قاضيا فنسب اليها وكانت ولادته (12) سنة ثلاث عشرة ومايتين وتوفي في ذي القعدة سنة سبعين وقيل احدي وسبعين وقيل اول ليلة في رجب (13) وقيل منتصف رجب سنة ست وسبعين ومايتين والاخير اصح الاقوال وكانت وفاته فجاة (14) صاح صيحة سمعت من بعد ثم اغمي عليه الي وقت الظهر ثم اضطرب ساعة ثم هدا (l. هذي) فما زال يتشهد الي وقت السحر ثم مات وكان ولده ابو جعفر احمد بن عبد الله المذكور فقيها

---

(1) L. الكتاب. (2) L. تقة. (3) L. بن زاهرية. Melius Abou Zacarja زاهوية. (4) Verba وابي اسحق — اليادي omisit L. (5) L. السجستاني. Recte. (6) L. وروي عنه. Bene. (7) L. اصلاح. (8) L. التفقية. (9) L. والحرايات. An الحرابات *bella*, item *repugnantiae?* Cf. Sp. III. (10) L. اقرا. (11) Omnia inter hoc بغداد et superius a Librario omissa in Leyd. (12) L. addit في. (13) L. من رجب. (14) Hic recte inserit Leyd. قيل اكل هريسة واصاب حرارة ثم; deinde pro سمعت من بعد simpliciter habet شديدة, item recte اضطرب pro اضظرب.

فقيها وروي عن ابيه كتبه المصنفة كلها وتولي القضاء (15) بمصر
وقدمها في ثامن عشر جمادي الاخرة سنة احدي وعشرين وثلثماية وتوفي
بها في شهر ربيع الاول سنة اثنين وعشرين وثلثماية وهو علي القضا
ومولده ببغداد والناس يقولون (16) ان ادب الكاتب خطبة بلا كتاب
واصلاح المنطق كتاب بلا خطبة وهذا فيه نوع تعصب عليه (17) فان
ادب الكاتب قد حوي من كل شيء وهو مفتن (18) وما اظن حملهم
علي هذا القول الا ان الخطبة طويلة والاصلاح بغير خطبة وقيل (19) ان
صنف هذا الكتاب لابي الحسن عبد الله ابن (بن .l) يحيي ابن (بن .l)
خاقان وزير المعتمد علي الله ابن (بن .l) المتوكل علي الله الخليفة
العباسي وقد شرح هذا الكتاب ابو محمد بن السيد البطليوسي الاتي
ذكره ان شاء الله تعالي شرحا مستوفيا ونبه علي مواضع الغلط منه
وفيه دلالة علي كثرة اطلاع الرجل وسماه الاقتضاب في شرح ادب الكتّاب
وقتيبة — هو (20) تصغير قتبة بكسر القاف وهي واحدة الاقتاب والاقتاب
الامعاء وبها سمي الرجل والنسبة اليه قتبي والدينوري بكسر الدال المهملة
وقال ابن (21) السمعاني بفتحها وليس بصحيح — هذه النسبة الي
الدينور وهي بلدة من بلاد الجبل عند قوميسين (22) خرج منها خلق
كثير (23) ۞

Abou Mohammed Abdolla Ibn Moslem Ibn Kotaiba Dinawarensis, vel ut alii perhibent, ex urbe Merou oriundus, Grammaticus linguaeque peritus, auctor libri Notitiarum, et Institutionis scribae. Erat vir excellens, fidus, qui Bagdadi habitavit ibique traditiones docuit, ab Ishako ibn Rahwaih (23*) *et Abou Ishako Ibrahimo ibn Sofjan et So-*

---

(15) قضا male omisit L. (16) Addit L. ان اكثر اهل العلم يقولون. (17) تغصب عليه L. (18) مغنى L. (19) Haec et sqq. usque ad وقد شرح ignorat L. (20) L. هي. (21) L. وبما قال omisso ابن. (22) L. قرميسين. Recte. (23) L. addit والله اعلم.

(23*) Abou Yacoub Ishak ibn Ibrahim Hanthalita Jurisconsultus et traditionarius, natus in urbe Me-

Solaimano ibn Abou Becr ibn Abdorrahman ibn Ziad, qui ignoto patre natus est (24), *Alyadita, item ab Abou Hatemo Sedjestanensi acceptas, ab aliisque illius classis traditionariis. Hunc traditionis auctorem habuere ipsius filius Ahmed et Ibn Dorostouieh Persa* (25). *Omnes illius libri magnam utilitatem habent. Ex his illa opera sunt, quorum supra mentionem fecimus; item Expositio eorum quae in Korano et traditione rariora occurrunt; et liber qui Oculi historiarum appellatur; nec non Korani traditionisque difficultates; et Classes Poetarum et Potiones* (?); *et Emendatio erroris; Liber institutionum juridicarum; Liber de equis; de varietate lectionis* (in Korano) *explicanda; de Lunae mansionibus; Tractatus de quaestionibus et repugnantiis; item alius de sagittis aleatoriis etc. Praelegebat enarrabatque libros suos Bagdadi ad mortem usque. Ferunt patrem ipsius in urbe Merou, ipsum Bagdadi, vel ut aliis visum, Cufae natum esse: cumque aliquamdiu Dinawarae Kadhii munere functus esset, ex ea urbe cognominatum esse. Annus ipsi natalis fuit* 213 (*Chr.* 828—9), *obiitque mense Dzul Kaada Anni* 270 *aut* 271 (*Chr.* 883—885). *Alii dicunt mortuum esse prima nocte mensis Redjebi, vel, ut nonnullis placet, medio mense Redjebo anni* 276 (*Chr.* 889—90). *Extrema opinio vero proxima est. De improviso* (26) *decessit. Ex spisso nempe pul-*

Merou A. 160 (Chr. 776—7) vel 166 (Chr. 782—3), obiit Nisabourae A. 238 (Chr. 852—3). Alii tamen aliter tradunt. Cf. Ibn Khal. n. 84. Cod. P. T. I. p. 96 sq. Leyd. M. T. I. p. 116.

(24) Arab. زياد ابن ابيه. Sic appellari solet Ziadus iste, quem Sommaia ancilla, quo tempore Mohammedes Medinam fugit, in lucem edidit, sive ex Obaido, sive ex Abou Sofjano potius, susceptum: quemque postea in familiam Ommaïadarum adscivit Khalifa Moawia Ao. Hedjrae 44 (Chr. 664—5), et Basrae, Khorasanae, Sedjestanae etc. praefecit. De hujus viri origine, rebus gestis, et morte cf. Abulf. A. M. T. I. p. 330, 356. sqq. ad 366, 370.

(25) Plenum viri nomen est Abou Mohammed Abdalla ibn Djafar ibn Dorostouieh ibn Al Merzaban, illiusque vita apud Ibn Khalicanum infra legitur post vitam Ibn Kotaibae. Ab aliis Persicum hujus viri cognomen, teste Ibn Khalicano, ita pronunciatur, ut ante scripsimus, et derivari videtur a درست *totus, perfectus, justus*; ab aliis effertur *Darastawaih*.

(26) Arab. فجاءة, quo in vocabulo mire hallucinatus est Koehlerus in Repert. l. l. p. 66., ubi in Lexicis illud desiderari, morbi vero genus significare, sibi videri dicit. Nam primum illud vocabulum sub فجا habet Golius; deinde apud probatissimos quosque historicos de repentina morte usurpatur. Cf. Abulf. A. M. T. I. p. 408. II. 118, 544. III. 290. Abulfarag. H. D. p. 118, in quorum locorum plerisque mortis genus additur.

pulmento cum comedisset, febrim nactus est. Hinc magna voce clamare coepit; exin animi deliquium passus usque ad meridiem, ab eo inde tempore per horae spatium magna agitatione correptus est, et in delirium incidit, neque desiit ad proximum usque diluculum formulam fidei recitare, donec animam redderet. Filius hujus Abdollae Abou Djafar Ahmed, fuit Fakihus sive Juris Consultus, qui omnes patris sui libros enarrare solebat. Judicis munus Misrae administravit; quo 13°. *Djomadae posterioris Anni* 321 (*Chr.* 933) *pervenerat. Eodem loco obiit Kadhii munere fungens, mense Rabia priore Anni* 322 (*Chr.* 933—4). *Natus autem erat Bagdadi. Vulgo fertur plerosque Viros doctos dicere, librum inscriptum Adeb al Kateb* (27), *sive Institutionem Scribae, praefationem esse sine libro; illum vero, qui vocatur Islah al Mantek* (28), *sive Emendatio Orationis, librum esse sine praefatione, quod effatum partium studio* (29) *non vacat. Nam liber ille Adeb al Kateb omne rerum genus complectitur, de variisque agit scientiarum partibus* (30): *neque aliam ob caussam eo perlatos esse puto, ut haec*

---

(27) Exstat, uti recte observat Koehlerus l. l. hic Ibn Kotaibae liber in Bibl. Lugd. Bat. MS. 1383. adde et 1384 (535) et 1385 (541). Nam qui No. 1384 commemoratur كتاب الابنية والافعال, pars tantum esse videtur libri ادب الكاتب, et cum eodem quoque conjungitur No. 1385. Caeterum revera longissimus est libri prologus; ut non sine caussa Arabes critici hoc vitium reprehendisse videantur.

(28) Auctor hujus libri est Abou Yousef Yacoub ibn Ishak, cognomine Ibn Osseccit, occisus a Motawaccelo Khalifa Ao. 244 (Chr. 858) Abulf. A. M. T. II. p. 202 sq. Cf. Ibn Khal. n. 837. Cod. P. T. III. p. 219 sq. Leyd. M. T. III. p. 321 sqq. Herb. v. *Sakkit.*

(29) Pro تعصيب P. et تغضب L. legendum censeo تعصب Inf. in Sp. V. Notat haec vox *partium studium.* Cf. omnino Sacy Vir Celeb. in notis ad vitam Abdollat: p. 492. n. 105. ubi تعصّب pro تغضب substituit, (cf. ibid. p. 539, 15.) et de vocis sensu ablegat ad suam Chrestomathiam T. II. p. 260. et Reiskium ad Abulf. T. II. p. 204. et 206; ubi recte docetur verbum تعصّب pp. significare *adstrictum esse* (hinc *obstinatum esse*); porro cum ل pers. junctum, (Abulf. A. M. T. II. p. 200. III. p. 172. IV. p. 336) de *favendo*; cum علي, (Abulf. A. M. T. III. p. 174. IV. p. 116.) de *adversando* usurpari.

(30) Si مفتن legas cum P., aut part. act. erit in Sp. VIII. a verbo فنّ, *res varii generis proferens*; aut part. pass. in Sp. IV. a verbo فتن *probatus.* Si cum L. praeferas مفنن, erit part. pass. in Sp. II. a verbo فنّ, *in varias partes distributus.*

haec dicerent, quam quod praefatio longa sit, et liber Islah praefatione careat. Sunt qui dicant, eum hunc librum (Adeb al Kateb) *composuisse in gratiam Aboul Hasani Abdollae ibn Yahya ibn Khakan Vezirum Al Mótamedi ala illah filii Al Motawacceli ala illah Khalifae Abbasidae. Eundem interpretatus est Abou Mohammed ibn Assaid Bathliousita, (cujus, si Deus voluerit, infra mentionem faciemus* (31)), *commentario absolutissimo, et in singulos errores animadvertente; quo in opere apparet quantae lectionis hic vir fuerit. Appellavit hunc commentarium Al Iktedhab fi Scharhi Adeb il kottab:* i. e. *Extemporaneam exercitationem ad explicandam Institutionem Scribarum. Nomen Kotaiba, quo vir insignitur, diminutivum est a Kitba, cum Kesre literae Kaf, singulari vocis Aktab, quae intestina denotat. Derivatur hinc relativum Kitbi. Dinawari vero scribitur cum Kesre in litera Dal; quamvis Ibn Assamaani male huic literae Fatham attribuat. Relativum est urbis Dinawarae in Bilad il Djebel, sive regionibus Persidis montanis, prope Karmisinum, ex qua magna* (doctorum) *turba prodiit.* — Haec Ibn Khalicanus: quibus nonnulla addit Abou Zacarja, MS. 1870 (357) p. 270. magnam partem a Koehlero jam prolata. Quae ipse reliquit intacta, summatim excerpemus. Ad cognomen viri quod attinet, id قُتَبِيّ (*Kotabi*) vel قُتَبِيَّة (*Kotabiah*) pronuntiandum existimat, alteramque scriptionem قُتَيْبِيَّة (*Kotaibah*), ut minus probam damnat auctor. Inter libros vero, quos Ibn Kotaiba composuerit, nullum nominat مشكل الحديث inscriptum, ut ex Koehleri verbis colligas; sed alium Ibn Khalicano ignoratum, qui *Mokhtalif al Hadits* (مختلف الحديث), sive *traditionum discordia* appellatur. Praeter doctores supra laudatos, ab eo auditum dicit Mohammedem ibn Ziad Ziaditam; item (testante Imamo Abou Mansouro Azharita, in praefatione libri *Tahdhib allogat* (تهذيب اللغة), sive *Sermonis emendatio*) Harmalam ibn Yahya; de quo viro Aegyptio, A. 243 vel 244 (Chr. 857—9) defuncto vid. Ibn Khal. n. 153. Cod. P. T. I. p. 197. Leyd. M. T. I. p. 232. Mohammed ibn Ziad non diversus est ab Ibn ol Arabi, quem infra in notis ad Ibn Doreidi vitam commemorabimus.

§. II.

(31) Abou Mohammedis Abdollae ibn Mohammed ibn Assaid Bathliousitae vita est n. 354. in indice Tydemanni. Reperitur T. I. p. 410 sq. Cod. Palm. T. I. p. 424 sq. Cod. Leyd. Natus est A. 444 (Chr. 1052—3), decessit Valentiae A. 521 (Chr. 1127—8).

§. II.

MS. 1903 (430) كتاب فتوح البلدان تاليف الامام ابي العباس احمد بن يحيى بن جابر البلاذري *Liber expugnationum provinciarum*, *compositus ab Imamo Aboul Abbas Ahmede ibn Tahya ibn Djaber Al Beladzori.* Codex in Charta Orientali exaratus, forma quarta majore, continet pp. 545. Perquam ineleganter scriptus est, et millenis in locis caret punctis diacriticis; vel sic tamen non adeo magnam habet lectionis difficultatem. Ex nota libro subjecta discimus, scriptionem absolutam esse medio mense Moharremo Anni 623 (Chr. 1226). In Catalogo, hujus libri argumentum perperam ad Mohammedis et duorum ipsius successorum victorias restringitur: nam ad longe recentiora tempora descendit. Incipit auctor, nullo exordio praemisso, a fuga Mohammedis, et primum ipsius Pseudoprophetae res gestas persequitur; deinde Arabum rebellionem ab Abou Becro oppressam. Hinc pergit ad Syriae, Cypri, Mesopotamiae, Armeniae, Aegypti et Africae, Hispaniae et Insularum maris Mediterranei occupationem, item Nubiae. Tum in Orientem reversus, tractus Euphratensis (السواد), denique universi Persici regni expugnationem, ad Samarkandam, Bocharam et Indum usque, describit. Ergo opus nullam regionem intactam relinquit, quam, ad auctoris usque tempus, A°. 279 (Chr. 892—3), ut infra patebit, defuncti, Moslemi sui juris fecerant. Praeterea saepissime narrationi intermiscet observationes scitu dignissimas, de fatis et conditione provinciarum et urbium praecipuarum, sub Ommaiadarum et priorum Abbasidarum imperio. Imo tota nonnumquam Capita inserit auctor ab instituto suo aliena; v. g. *de aedificatione Cufae et Basrae jussu Omari*; *de Bagdado a Mansouro condita.* Eodem pertinent quae in fine libri, post absolutam bellorum et victoriarum historiam adduntur narrationes: *de donis et stipendiis, quae Omarus prophetae sociis assignavit*; *de pecuniae Persicae et Graecae valore apud Moslemos, et moneta Arabica ab Abdolmaleco instituta etc.*; *de origine artis scribendi apud Koraischitas*; quibus singulis, nisi disputationis nostrae ratio vetaret, lubenter immoraremur. Ad ipsum scriptorem quod attinet, illius rara est, aut paene nulla, in editis libris mentio; nec fere, praeter pauca illa, quae habet Herbel. v. *Ansab* et *Beladeri*, quidquam de eo publice proditum reperi. Apud Ibn Kha-

Khalicanum quoque vita viri frustra quaeritur; nec facile aut aetatem Beladzorii, aut patriam et fata invenissem, nisi ipsa hujus voluminis prima pagina, quod alibi desideratur, ex parte compensasset. Ibi enim legitur vita Beladzorii, quam sive possessor, sive recentioris aetatis librarius, codici praefixit. Verum adeo male scripta et a blattis lacerata est, ut totam eruere non potuerim. Quibus autem temporibus debeatur, et a quo auctore haec profecta sit notitia, ignoramus: hoc tamen infra apparebit, illam, uti nunc legitur, ante medium seculum octavum aerae Mohammedicae compositam esse non potuisse. Sed ipsum jam fragmentum Lectoribus exhibendum est: .... مصنف هذا الكتاب هو ابو بكر علي المشهور وقيل ابو جعفر وقيل ابو الحسن احمد بن يحيي بن جابر بن داود البغدادي الكاتب ويعرف بالبلاذري بدال معجمة مضمومة نسبه للحبة الشهيبة (31*) سمع عبد الله بن صالح العجلي وعفان وذقودة وابي (ابا .l) الحسن المدايني وهشام بن عمار ويحيي بن مصفي وخلف بن هشام وشيبان بن فروخ وابي (ابا .l) عبيد وعلي المدني واحمد بن غنم الدوزي وابن الصباح الدولابي وابن سعد كاتب الواقدي وعبد الاعلي بن حماد وعمر بن شهيد وعباس بن الوليد النرشي وعبد الواحد بن غياث وعثمن بن ابي شبه وابي (ابا .l) عبيد القسم بن سلام ــــ وخلقا منهم احمد بن عبد الواحد ــــ الانطاكي وابن عبد الرحمن الانطاكي وجالس المتوكل باخره ونادمه وكان يعلم عبد الله بن المعتز وله في المامون مدايح قال عبيد الله بن احمد بن ابي طاهر (32) كاتب شاعر راوية احد البلغاء .... وله كتب جياد وهو صاحب كتاب البلدان يعني هذا صنّفه (33) واحسن تصنيفه وحكي المرزباني انه وسوس في اخر عمره لانه شرب البلاذر فافسد عقله وكذا قال

(31*) Sic legi videtur. Linguae tamen rationes postulant, ut لحبّة شهيبة scribatur.

(32) Hic excidisse videtur هو vel simile quid. Infra tamen eadem est ellipsis.

(33) يعني هذا صنّفه. Haec verba scholiastae vel librarii interpretationem olent.

قال ابن اسحق النديم انه شرب البلاذر علي غير معرفة فلحقه ما لحقه وشُدّ في البيمارستان حتي مات ولهذا قيل له البلاذري وكان شاعرا وله ايضا جمع كتب وكان ينقل من الفارسي الي العربي (ما زاد غيره (34) وانه توفي في خلافة المعتمد وفيه نظر وكذا قال بعضهم ولا ابعد ان يكون عاش الي اوّل ايام المعتضد فقد قال ابن عساكر ان ابا احمد بن عدي روي عنه وقال ابن العديم في تاريخ حلب (35) كاتب اديب شاعر مجيد راوية للاخبار والايات مصنف له كتب حسنة منها انساب الاشراف وهو ممتع كتبه الفايدة ودخل حلب ومنبج وانطاكية والثغور واسند من طريق ابي علي التنوخي يسنده الي من له شهدات البلاذري كان ينفو ثيابا ولا يحتذي ولا يحترف (36) فقيل له في ذلك فقال دخلت مع الشعراء يوما الي المستعين فقال لنا من كان قد قال فيّ مثل قول البحتري في عمي المتوكل

ولو انّ مشتاقا تكلف فوق ما في وسعه لثني اليك المنبر (37)

والا فلا ينشدني مشتاقا فقلنا ما فينا من قال فيك مثل هذا وانصرفنا فلما كان بعد ايام عدت اليه فقلت يا امير المومنين قد قلت فيك احسن مما

---

(34) ولم ايضا — زاد غيره. An haec omnia recte legerim certo affirmare non possum.

(35) Et hic هو ad sententiae integritatem desideratur.

(36) De vera loci lectione et significatione nihil pronuntiare ausim. Interim non displicet ut legatur وكان ينفو ثيابا ولا تحتذي ولا تخترق quod in versione secutus sum, verbo تحتذي passivam significationem tribuens, ab illa *scindendi*, quae in Sp. I. exstat, derivatam.

(37) Apud Ibn Khalicanum, loco infra laudando, versiculi lectio praestantior est in Cod. P. فلو ان مشتاقا تكلف فوق ما في وسعه لسعي اليك المنبر. Idem fere sequuntur ambo Leydenses, nisi quod male ponant لمشي pro exquisitiore لسعي, et Mauritanicus praeterea habeat مشاقا pro مشتاقا. Codicis Palm. verba vertendo expressi.

مما قال البحتري في عمك فقال ان كان كذلك اسنيت جايزتك فهات فقلت

ولو ان برد المصطفي أذ حويته يظن لظن البرد انك صاحبه (38)

وقال فقد أعطيته ولبسته نعم هذه اعطافه ومناكبه

فقال احسنت انصرف الي منزلك وانتظر رسولي ففعلت فجاءني رسوله برقعة يخط فيها قد انفذ اليك سبعة الاف دينار وانا اعلم انك ستجفي بعدي وتُطرح وتجتدي فلا تجدي عليك فاحفظ هذه الدنانير عندك فاذا جاءتك بك الحال الي هذا فانفق ولا تتعرض لاحد لتبقي ماء وجهك عليك ولك عليّ ان لا تحتاج ما عشت الي شيء من امر دنياك كبير ولا صغير علي حسب حكمك وشهوتك قال ثم اجري لي الجرايات والارزاق السنية وتابع جوايزه فما احتجت منذ ذلك والي الآن الي غير جوايزه والسبعة الا قرانا انفق من جميع ذلك ولا اخلق نفسي بالتعرض والترحم عليه واسند الي ابي احمد بن عدي بن محمد بن خلف قال قال لي البلاذري قال لي محمود الوراق قل من الشعر ما تبقي (تبق .l) لك ذكره وبزول (يزل .l) عنك اثمه فقلت (39) . . . . . . ومن شعره في الهجو مروان فقد راي عربيا مدليا لا يدري جليسه أفسا ام مغشا (مغشي عليه .l) وقد روي عنه يحيي بن النديم واحمد بن عمار وجعفر بن . . . . . ويعقوب بن نعيم وعبد الله بن ابي سعد الوراق وابن خلف وممن

---

(38) In hoc versiculo et sq. Ibn Khalicani Codices sibi mutuo respondent; nisi quod in uno Maurit. recte legatur المصطفي, in reliquis المصطفا. Pro حويته Ibn Kh. لبسته.

(39) Sequuntur hic in Cod. quinque versiculi, quorum sententiam non assequor. Aliae enim voces legi nequeunt, ob scriptionis difficultatem, aliae a blattis obliteratae sunt. Eadem de caussa etiam alia nonnulla, quae proxime adduntur, omisi.

ومن ترجمه ياقوت في معجم الادباء وابن عساكر في تاريخ دمشق
والذهبي في الميدان وغيره وترجمته تحتمل اطول من هذا ۞

Scriptor hujus libri, secundum vulgatam opinionem, Abou Becrus vocatur. Alii Abou Djafarum (40), *alii denique Aboul Hasanum Ahmedem ibn Tahya ibn Djaber ibn Daoud Bagdadensem scribam appellant. Notus est Beladzorii nomine: cum Dal punctato et dhammato; quod est relativum baccae cujusdam cinerei coloris* (?). *Audivit Abdollam ibn Salah Adjalitam et Affanum et Nakoudam et Aboul Hasanum Madajanensem et Heschamum ibn Ammar et Tahyam ibn Mosfi et Khalefum ibn Hescham et Schaibanum ibn Farsoukh et Abou Obeidum et Alium Medinensem et Ahmedem ibn Ganem Dawzitam et Ibn Assabah Dawlabitam et Ibn Saâd Scribam Wakidaei et Abdolaâla ibn Hammad et Omarum ibn Schahir et Abbasum ibn ol Walid Nadaschitam et Abdolwahedum ibn Gaiats et Otsmanum ibn Abou Schabah et Abou Obeidum al Kasem ibn Salam, — aliosque complures: in his Ahmedem ibn Abdolwahed — et Ibn Abdorrahmanum Antiochenos. Fuit Al Motawacceli extremo ipsius tempore sodalis et compotator, erudivitque Al Môtazi filium Abdollam* (41) *laudesque Al Mamouni* (?) *scripsit. Ait Obeidolla ibn Ahmed ibn Abou Thaher, eum fuisse scribam, poetam, traditionarium, et inter eloquentes viros numerari, ... egregiosque edidisse libros. Hunc auctorem esse libri* (de expugna-

(40) *Abou Djafarum* loco infra laudando vocat Ibn Khalicanus, *Abou Becrum* Aboul Mahasenus. In fronte libri *Aboul Hasan* appellatur. Caeterum البلاذري quoque per Dal scribitur.

(41) Designatur Aboul Abbas Abdolla ibn Môtaz, Vir eloquentia, eruditione et poetica facultate illustris, cujus nati Ao. 247. (Chr. 861–2) vel 248, defuncti Ao. 296 (Chr. 908–9), vita legitur apud Ibn Khal. n. 348. Cod. P. T. I. p. 397 sqq. Cod. Leyd. Maur. T. I. p. 405. Postquam totam vitam privatus in studiis literarum exegerat, unius diei Khalifatum gessit, subrogatus Moktadero, titulo Radhii vel Mortadhii vel Galibi vel Monsifi Billah, deinde a Mounaso Eunucho, jussu Moktaderi iterum rerum potiti, strangulatus est. Disertam hujus Khalifae mentionem non fecit Herbelotius; sed eum variis in locis cum patre Môtaz billah confudit. Cf. v. *Divan*, *Thabari* extr Praeter Abulfar. H. D. p. 285 sq. A. et *Chron. Syr.* p. 179 S. et Eutychium T. II. p. 501, qui rem non satis accurate tradiderunt, videatur Elmac. p. 186 sq. et Abulf. A. M. T. II. p. 302 ad quem, not. hist. 260, specimina poeseos Abdollae ab Elmacino prolata emendavit et denuo vertit Reiskius.

gnatione) *regionum* [*i. e. illum ab eo fuisse compositum*], *in quo scribendo magnam diligentiam posuerit. Narrat Al Merzabani* (42) *eum extrema aetate Beladzoro* (43) *po-*

(42) An designatur hoc nomine idem ille Ibn Dorostouieh Grammaticus, cujus supra n. 25. obiter mentionem fecimus, nati in urbe Persidis Fasa, (cf. Herb. in v. *Fassa*, Abulf. A. M. T. III. p. 180.) A. 258. (Chr. 871 -- 2), defuncti A. 347. (Chr. 958 -- 9) Bagdadi? Cf. Herb. v. *Durustovieh.* Hic enim المرزباني cognominari potuit a proavo المرزبان; sicut الواقدي suum nomen traxit ab avo واقد.

(43) بلاذر a Golio exponitur *anacardia*, fructus Indicus figuram et colorem cordis referens. Illius vires et proprietates describit Avicenna *Can. Med.* Lib. II. p. 141. et inter alia dicit يهيج الوسواس والماليخوليا *excitat insaniam et melancholiam*, unde وسوس etiam nostro in loco de dementia intelligendum esse apparet: quae significatio, apud Golium omissa, Castellum non latuit. Difficultas tamen restat in vocalium positione. Quomodo enim a *Beladzir*, *Beladzorius* noster vocari potuerit, cum *Beladzirius* debuisset, ex Lexicis non apparet. At *Beladzor* vel *Belador* etiam pronuntiatum fuisse, manifeste docent verba glossarii Saracenico-Graeci, laudata a Salmasio *de Homon. Hyl. Iatr.* p. 215, βελέδωρ τὸ ἀνακάρδιον. Eadem quoque ratione perpetuo effertur apud Ibn ol Beithar, in libro *de Medicamentis Simplicibus* MS. 805 (13) p. 118., cujus totum de Beladzoro locum, haud invitis, ut spero, rei Medicae peritis, hic proferemus:

بلادر* ابن الجزار* البلادر بالهندية هو انقرديا بالرومية ومعناه الشبيه بالقلب* اسحق بن عمران* البلادر ثمر شجرة يشبه قلوب الطير ولونه احمر الي السواد علي لون القلب وفي داخله شي شبيه بالدم وهذا هو المستعمل منه ومذاقته تعقب تذبذب (an بتذبذب ?) وحرارة باطنة في اللسان يوتي به من الصين وقد ينبت بصقلية في جبل النار* ابن ماسوية* حار يابس في الدرجة الرابعة جيد لفساد الذهن وجميع الاعراض الحادثة في الدماغ من البرودة والرطوبة* مسيح* نافع من برد العصب والاسترخاء والنسيان وذهاب الحفظ* الرازي* محرق للدم* عيسي بن علي* اذا شرب منه نصف درهم نفع لجودة الحفظ ويعرض لمن اكثر من شربه يبس في الدماغ وسهر وبرسام وعطش شديد* ابو جريج* لا يجب ان يقربه الشاب ولا من مزاجه حار وهو جيد للفالج ولمن يخاف عليه منه* كتاب السموم* عسل البلادر اذا طلي علي الوشم قلعه ويقلع التاليل ويقرح الجلد* ابن سينا* لبه مثل الجوز حلو لا مضرة فيه وعسله لزج ذو رايحة يبري من داء الثعلب البلغمي لطوخا واذا تدخن به خفف البواسير ويذهب البرص وهو من جملة السموم ترياقه مخيض البقر ودهن الجوز يكسر قوته ومن الناس من يقضمه ولا يضره وخصوصا

potando in insaniam incidisse, et ingenii facultatem depravasse. Consentit Ibn Ishak Annadim eum Beladzorum bibisse; neque tamen huic potui obnoxium fuisse, dicit: ad ex-

---

وخصوصا مع الجوز والسكر* حبيش بن الحسن* البلادر سم حار شديد المضرة واذا اخذ صرفا
احدث علي اخذه انواعا من الاسقام والاوجاع واما ان يحدث الوسواس والهيمان او البرص
والجذام او الورم او السحج والعقر في بعض اعضاء الجوف وربما قدل (an قتل ?) وشيكا ولم
يوخر ذلك عنه غير ان قوما من اهل الطب يدخلونه في جوارشياناتهم (?) فيسقونه المشايخ
والزمني ويسقيه منهم من فهم امر الطب في اشد ما يكون من البرد وانما يسقي من جوارشنة
مثل البندقة او النبقة ويصلح مثل لمن غلب علي مزاجه البلغم ومن يخاف عليه الفالج
واللقوة فاما من كان محرور المزاج فلا اري له شرب هذا الجوارش وخاصّة الشباب فاني لم
ار احدا منهم شربه فنجا من عاهة تصيبه منه نحو الذي وصفت عنه واصلاحه ان يغلي قبل
استعمله في سمن البقر الخالص غلية جيدة فمتي اراد اخذ عسله دون شره قلع راس الثمر
اعني قمع البلادر ثم احمي كلبتي حديد حتي تحمر جدا واخذ الثمرة بهما وضمهما عليها
حتي يسيل غسلها (l. عسلها) وخلطه بسمن المغلي ثم استعمله* بديعورس* وبدل البلادر اذا
عدم وزنه خمس مرات قلب البندق وربع وزنه دهن بلسان وسدس وزنه نفط ابيض.

BELADOR. --- IBN AL DJEZZAR. *Belador Indice idem significat atque Anacardia Graece, et quod cordi simile est notat.* ISHAK IBN AMRAN. *Belador fructus arboris, corda avium forma referens. Color ejus est ruber in nigrum vergens, sicut color est cordis. Intus habet aliquid sanguini simile, quo imprimis uti solent. Hoc gustatum agitationem* (?) *et internum linguae ardorem parit. Affertur ex Sina, et crescit etiam in Siciliae monte ignivomo.* IBN MASOUIEH. *Calidus et siccus est in quarto gradu. Vitio mentis sanando conducit; item reliquis omnibus, quae cerebro ex frigore et humiditate solent accidere.* MASIH. *Multum juvat adversus frigidam nervorum affectionem,* (membrorum) *imbecillitatem, item oblivionem et memoriae defectum.* RAZI. *Sanguinem inflammat.* ISA IBN ALI. *Cum dimidium drachmae ex eo bibitur, memoriae bono conducit: qui vero plura ex eo bibit, huic accidit cerebri exsiccatio somnique defectus et pleuritis et magna sitis.* ABOU DJARIDJ. *Neque juvenis hoc sibi remedium admovere debet, nec qui calido temperamento utitur corporis: at utile est iis, qui aut hemiplexia laborant, aut illam instantem metuunt.* LIBER VENENORUM. *Gummi sive succus Beladoris, cum illinitur cuti vitiosi coloris, vitium tollit, ejusdemque exanthemata* (تاليل ?) *delet; at cutim facit ulcerosam.* IBN SINA. *Nucleus ipsius est dulcis instar nucis, neque nocet. Succus viscosus est et olens, et si alopeciae pituitosae affricatur, medelam affert. Haemorrhoidum dolor ejus fumo levatur, lepra tollitur. Venenis annumeratur, ejusque antidotum est lac debutyratum vaccae: oleumque nucis vires*

extremum vero eo, quem (inde) *contraxerat, morbo correptum, et ad mortem usque in nosocomio* (44) *ligatum fuisse. Ob hanc caussam vocatus est Beladzorius. Fuit autem poëta. Magnum librorum numerum scripsit, pluresque etiam e Persico in Arabicum sermonem transtulit. Mortuus est sub Khalifatu Al Môtamedi, quae res tamen accuratius expendi meretur. Nam nonnulli quidem sunt, qui sic tradant: neque tamen multum a vero abesse videtur, eum ad prima usque Môtadhedi tempora vitam produxisse* (45). *Ait Ibn Asaker Abou Ahmedem ibn Adi ab eo traditionem accepisse. Asserit*

---

ejus frangit. Sunt qui illam manducent, nec inde quidquam mali patiantur, praesertim si id fiat cum nuce et saccharo. HABISCH IBN AL HASAN. *Belador est venenum calidum praesentissimum, et cum sumitur purum varios morbos creat et dolores. Nam sive melancholiae et furori* (?), *aut leprae et elephantiasi, aut tumori, aut intertrigini et laesioni intestinorum caussam praebet. Saepe etiam derepente necat nulla mora interposita. Nihilominus medici nonnulli illud medicamentis immiscent, et senibus atque aetate confectis potandum praebent. Qui vero artem medicam callent, hi illud sumi volunt, quam fieri potest, frigidissimum. Duntaxat in confectione praebetur; sicuti nux et lotus, et conducit* (senibus) *uti etiam illis, quibus pituita molesta est, et paralysis aut convulsio canina timetur. Qui vero calidum temperamentum habent, his illius remedii potum non suadeo; imprimis si juvenes sint: neque enim eorum quemquam vidi, qui hoc biberet, et effugeret calamitatem, quam, ex eo potu ipsi oboriri solitam, paullo ante descripsi. Hoc vero maxime pertinet ad vires Beladoris emendandas, ut, antequam sumatur, cum pinguedine bubula pura bene coquatur. Quod si quis succo ipsius uti velit, ejusque noxam effugere, eximat caput fructus sive Beladoris petiolum; deinde calefaciat forcipes ferreos, donec valde rubeant; quibus fructum comprimat, dum effluat succus illius: tum sumat coctae bovis pinguedini permixtum.* PYTHAGORAS (?) *Si Belador desit, pro eo quintuplex portio nuclei nucis avellanae* (ergo 2½ drachm.) *substitui potest, cum quarta parte ponderis* (½ drachm.), *ex oleo Balsami, et sexta* ($\frac{1}{12}$ drachm.) *ex naphtha alba.*

(44) Nosocomium hic vocatur بيمارستان, quod vocabulum Lexicis Persicis et Arabicis addendum est. Synonymum مارستان utriusque linguae vocabularia habent. Utrumque ex Persico fonte fluxit. Prius, ex بيمار *aegrotum* et ستان *locum* denotante compositum, occurrit in *Euang. Infant.* p. 24 bis. Posterius, ex مار *aeger* et eodem ستان ortum, habet Abulf. A. M. T. III. p. 62. IV. p. 30.

(45) Aboul Mahazen in suo كتاب الكواكب الباهرة mortem Beladzorii refert ad A. 279 (Chr. 892--3), quo ipso anno obiit Khalifa Al Môtamedus. Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 270 sq. Abulfar. H. D. p. 272 A. *Chron. Syr.* p. 174 S. Elmac. p. 175. Eutych. T. II. p. 475.

rit Ibn Adim in Chronico Halebi (46), *eum fuisse scribam doctum, poëtam eximium, traditionem historiarum et rerum memorabilium propagasse, librosque optimos scripsisse, in his Genealogias Nobilium* (47), *eumque imprimis utilem scriptorem ejusque libros bonae frugis esse. Inviserat noster Halebum, Manbedjum, Antiochiam, finesque Syriae Asiae minori conterminos. Traditionis auctoritatem retulit ad Abou Alium Tanouchitam, qui eos allegaverat, quorum testimonia Beladzorius commemoravit.* (Aliquando) *vestes nondum scissas, neque laceratas, abjecerat; quod cum nonnulli* (tantam prodigentiam mirati) *ipsi objicerent, respondit: Quodam die cum poëtis ad Al Mostaïnum veni, qui nobis dixit: Quis vestrum in me cecinit, quod cum hoc Al Bohtorii* (48) *in Al Motawaccelum patruum meum effato comparari queat?*

Etsi desiderio affectus eo incumbit, quod capacitatem superat, ad te properare gestit suggestus (49).

Quod

---

(46) Designatur h. l. Abou Hafs Omar Kemaloddin Halebensis, Auctor Chronici Majoris بغية الطلب في تاريخ حلب, *Desiderium inquirendi in historiam Halebi*, et Minoris ex hoc excerpti, titulo زبدة الحلب من تاريخ حلب, *Cremor lactis ex historia Halebi.* Ex posteriore, in secundo Historiae Belli Sacri volumine, profecit Wilkenius, ejusdemque nuperrime Excerpta annotatione egregia illustrata edidit G. W. Freytag, qui in praefatione p. 33--44. de auctore ejusque gente disputavit. Quod hic de Beladzorio ex Kemaloddino profertur, id ex majore Chronico desumtum est, in quo vitam celebrium virorum, qui Halebi aut nati erant, aut degerant, aut imperium exercuerant, vitas decem voluminibus erat complexus. Cf. Freytag.

(47) Cf. Herb. v. *Ansab*, ubi imperfectum opus 20 voluminibus contineri dicit.

(48) Totum viri nomen sic sonat: Abou Ibadeh vel Aboul Hasan al Walid ibn Obeid Al Bohtori Tayensis. Ejus vita lectu dignissima reperitur apud Ibn Khalic. No. 793. In Cod. Leyd. Maurit. T. III. p. 49--56. In Leyd. altero p. 215--225. In Palm. T. III. p. 165--168. Eandemque magnam partem in sua ad Kemaloddinum annotatione excerpsit Freytagius n. 134. Paucis post Beladzorium annis obiit, Ao. 283, 284 vel 285. (Chr. 896--9). Cf. de eo Abulf. T. II. p. 278. ibique Reiskium p. 727. n. 245. item Herb. v. *Bakhteri* et *Bokhteri*. Posterior scriptio melior est. Neque enim descendit cognomen a بَخْتَر Pers. *Oriens*; sed ab uno ex proavis poetae, (ut ipse agnovit Herb.) بُحْتُر, adeoque pronuntiandum *Bohtori*. In hujus autem viri vita eadem quoque, quae hic, narratur historiola, sed brevius, iidemque leguntur versiculi.

(49) Desumtus est versus, notante Ibn Khalicano, ex longissimo Bohtorii carmine, in laudem Al

Quod qui non fecit, is profecto me non ex animo laudavit. Tum respondimus, neminem nostrum similia umquam in eum cecinisse; dein discessimus. Cum aliquot dies praeteriissent, ad ipsum redii et dixi: O Imperator fidelium, jam in te cecini Bohtorianis illis, quibus patruum tuum laudavit, meliora. Tum ille: Hoc si verum est, inquit, donum majus et nobilius in te conferam. Ergo age. Tum dixi:

Si utique pallium prophetae, cum illud induis, opinari posset, putaret te dominum suum esse,

Et diceret: dum tibi offertur, eoque vestiris, Euge has cervices ipsius humerosque (50)*!*

Ibi ille: Rem bene gessisti, inquit; domum tuam discede, nuntiumque meum exspecta. Quod feci: attulit autem ad me nuntius chartulam, in qua (Khalifa) *scripserat: Septem*

Al Motawacceli Khalifae effuso, cum ad preces die festo الفطر publice obeundas, progrederetur; cujus poematis et primum stichum et alios sedecim profert eo loco Biographus. Hujus autem versus sententia haec est: *Suggestum, quasi sensu praeditum, exspectare vix posse, donec ad preces populo praeeundas eo adscendat Khalifa; sed, ut tanto honore citius frueretur, si posset, obviam iturum ei, cujus pedes* (ut verbis utar poëtae apud Sacyum Chrest. Arabe T. I. p. 23.) *creati non essent* لأعواد منبر إلّا. Caeterum hic versiculus et duo qui paullo post sequuntur, pertinent ad genus carminis, quod الطويل vocatur. Cf. Clericus *Prosod. Arab.* c. VI. Jones *Comm. Poës. Asiat.* p. 30. Ed. Goett. In nonnullis tamen a metri legibus deflectunt, qua de re peritiores judicent. Schema hoc esse videtur secundum lectionem Codicis Palm.

⏑ — —	⏑ — — —	⏑ — —	⏑ — ⏑ —	— —	⏑ — ⏑ (?)	⏑ — ⏑ — (?)	— — — (?)
⏑ — ⏑		⏑ — —	⏑ — — (?)	⏑ — ⏑	⏑ — — —	⏑ — ⏑	⏑ — ⏑ —
				⏑ — — ⏑ (?)	⏑ — — (?)		

In sexto pede primi versus, nec non in sede tertia et septima versus tertii, illud teschdid euphonicum adoptare ausi sumus, de quo agit Sacy G. A. T. I. §. 116.

(50) Significatur hoc loco pallium prophetae, quod A°. Hedjrae 9. Caabo ibn Zoheir panegyricum suum ipsi recitanti dono dederat, quodque Moawia Khalifa a Caabi liberis quadraginta millibus Drachmarum emit. Deinde, ut principatus insigne, una cum baculo Mohammedis, in insequentium Khalifarum potestate mansit, qui ad Mostâsemum ultimum Abbasidam usque, solemnibus festisque diebus eo indui solebant. Cf. Abulf. V. M. p. 122. ibique Gagn. (A. M. T. I. p. 170). Extremam partem vs. secundi etiam vertere possis: *Vere haec sunt ipsius* (Mohammedis) *cervices et humeri;* uti fere accepit Freytagius.

tem millia aureorum ad te misi. Ego vero scio, te post meum interitum injuria affectum et neglectum iri, teque, cum opem petiturus sis, nihil tibi ipsum esse profuturum. Ergo hos aureos studiose serva. Quodsi illa calamitas te invaserit, ex illis tibi eroges, neque cuiquam fias obnoxius; ut aquam faciei tuae (51) *tibi reliquam facias. Mihi autem incumbit, ut, quoad vivas, nulla umquam re, sive magna, sive parva, ex rebus mundanis indigeas, quam quidem appetendam esse judicaveris. Hinc, inquit, stipendiis donisque me egregiis ornavit, continenterque suis beneficiis cumulavit. Nec ab eo inde tempore ad hunc usque diem, praeter stipendia ejus et septem* (millia aureorum), *ulla re nisi Corano indigui. Ex his enim omnibus sumtus necessarios facio, neque molestis hominum sollicitationibus* (52) *me ipse contero; Khalifam vero tenero animi affectu prosequor. Ex auctoritate Ahmedis ibn Adi ibn Mohammed ibn Halaf refertur, Beladzorium ipsi haec dixisse: Rogavit me Mahmoud al Warrak ut carmen recitarem, cujus mihi gloria perpetua foret omnique vitii labe immunis. Tum vero cecini . . . . . Ex carminibus ipsius satyricis illud est de Merwano quodam, qui Arabem vidit humi se demittentem, cujus sodalis nesciret, utrum pedendi caussa id faceret, an quod deliquium animi pateretur. Traditionem ab eo accepere Yahya ibn Annadim et Ahmed ibn Ammar et Djafar ibn . . . . . et Yâcoub ibn Nâim et Abdalla ibn Abou Saâd*

---

(51) ماء وجهك. *Aqua* sive *splendor faciei tuae* quid hic significet, obscurum est. Phrasis infra in vs. Thabaritae de *liberalitate* explicari potest. Haririus Cons. XXXVII. de *pudore* usurpat. Neutrum huc quadrat, aliaque quaerenda est metaphorica significatio, quam, in Lexicis Arabicis deficientem, nobis suppeditare potest Pers. آب روي, quod Arabico ماء وجه plane synonymum est, et inter alia frequentatur de *dignitate*, *gloria*, *fama*, *honore*, *conditione vivendi.* Hoc igitur imprimis nostro loco aptum est, ut sensus sit: *Sic fiet, ut, licet nullius clientelae te postea addicas, in illis, quos tibi dedi, aureis, invenias, quod dignitati sustinendae sufficiat.* Eadem quoque notio a vs. Thabaritae supra memorato non esse videtur aliena.

(52) بالتعرض. *Se objiciendo, exponendo hominibus, illos urgendo.* Paullo ante ولم تتعرض لاحد *ne cuiquam obnoxius fias.* Explicanda res ex more principum Orientalium, qui saepius magnos poëtarum greges alunt, a quibus vicissim exigunt, ut vilissimis blanditiis et inficetis saepe laudationibus suam gratiam demereri studeant. His igitur molestiis qui vitae subsidia sibi quaerit, is profecto se ipse conterit. Sed Beladzorio, tantis muneribus aucto, hoc vivendi genere opus non erat.

Saâd Al Warrak et Ibn Khalaf. *Ex illis, qui singulari capite ex professo de eo egerunt* (53), *Yakutus est in libro Moadjdjem ol Odaba* (sive Eruditorum Lexico) (54), *item Ibn Asacer in Chronico Damasceno* (55) *et Dzahabaeus* (56) *in Meidano* (sive Hippodromo), *aliisque operibus. Fertur autem de illo notitia longior illâ quae hic exstat.*

§. IV.

---

(53) ترجمة. Hujus vocabuli ordinaria significatio (*Interpretatus est, explicuit,*) huc pertinere vix potest. Quam vero in versione nostra expressimus, eam a peculiari usu vocis ترجمة derivavimus, quae saepius *articulum, caput, paragraphum* notat, (cf. Vir Celeb. de Sacy, *Memoire Histor. sur le livre intit. Calila et Dimna* p. 24). Sic centies Ibn Khalicanus de singulis vitarum descriptionibus usurpat.

(54) De Yakuto infra suo loco agemus. Nunc annotasse sufficiat, hunc librum معجم البلدان ab Hottingero in *Bibl. Orient.* p. 273. memorari, et Koehlero, in *Notitia vitae scriptorumque Yakuti* in *Repert.* l. l. T. II. p. 43, eundem esse videri cum illius opere, ab Ibn Khalic. commemorato ارشاد الالباء في معرفة الادباء, *Directio prudentium ad cognitionem Eruditorum.* Verum ipse Ibn Khalic. haec opera diserte a se invicem distinguit. Ex hac autem observatione lucem accipit corruptus Herbelotii locus, v. *Thabacat al Odaba.*

(55) Al Hafedh Aboul Kasem Ali Ibn Abou Mohammed Al Hasan ibn Hebat allah, cognominatus Ibn Asacer, Damascenus, natus est A. 499 (Chr. 1105—6) ineunte, obiit A. 571 (Chr. 1175—6) Damasci. Ejus vita occurrit apud Ibn Khalic. n. 452. Cod. Leyd. M. T. II. p. 152, Cod. Palm. T. I. p. 533. Scripsit Chronicon Damasci 80 voluminibus, aliumque librum de Hierosolymarum laudibus, titulo الجامع المستقصي في فضايل المسجد الاقصي, sive *perfectissima et diligentissima collectio laudum templi Alaksa*; de quo cf. P. Lemming in *Prolegom.* ad *Commentat. Philolog. exhib. Specimen ben Ali Scherifi*, p. XXVI. Caeterum nec alterum hoc opus commemoravit Ibn Khalic., nec tertium *de Corani excellentiis* ab Herbelotio allegatum v. *Assaker*, qui male nostrum vocat Abou Ali ben Moslem. Quod obiter animadvertendum restat, cavendum est ne confundatur hic Scriptor cum alio Ibn Asacer itidem Damasceno, sed medico, qui, ut videtur, ex nostri posteris fuit. Ejus nati A. 629 (Chr. 1231—2), defuncti A. 723 (Chr. 1323), memoria reperitur in MS. 1867 (320) p. 328; de quo Codice, nota 56. breviter agemus. De antiquiore Ibn Asacer praeter auctores laudd. cf. Abulf. A. M. T. IV. p. 28, et Herbelotii loca, quae in nota citavit Reiskius. — Tertium quoque Ibn Asacer Damascenum natum A. 550 (Chr. 1155—6), defunctum A. 620 (Chr. 1223—4), memorat Ibn Khal. n. 374.

(56) Schemsoddin Abou Abdolla Mohammed ibn Ahmed ibn Otsman Adzdzahabi Schafeita natus est, teste Aboul Mahaseno A. 673 (Chr. 1273—4), defunctus die tertio Dzul Kaâdae A. 748 (Chr. 1347—8). An liber *Al Meidan* inscriptus alibi laudetur nescio Primarium vero hujus aucto-

§. III.

MS. 1737 (140) sine titulo, sed incipit a verbis الجزء الثاني من تاريخ الطبري في خبر ظهور النابي, *Secunda pars historiae Thabaritae agens de prophetae adventu*, et MS. 1987 (497) الجزء الثالث من كتاب تاريخ الملوك واخبارهم ومولد الرسل وانبائهم والكائن كان في زمن كل واحد منهم تأليف ابي جعفر محمد بن يزيد الطبري, *Pars tertia ex libro Chronici Regum eorumque Historiae, nec non nativitatis Prophetarum et rerum, quas gesserunt, earumque, quae singulorum temporibus acciderunt: auctore Abou Djafaro Mohammede ibn Jezid Thabarita.* Quem Codicem, Catalogi ordinem secuti, posteriore loco nominavimus, de eo primo agendum est; cum hic res ante Pseudoprophetae aetatem gestas, alter Historiam Moslemicam contineat. Hic igitur Codex 1987 (497) continet pp. 269 Chartae Orientalis in forma quarta majore. A fine est mutilus, ita ut nulla adsit librarii nota, ex qua de libri aetate aestimatio fieri possit. Scriptura est elegans, at plurimis tamen in locis, ob frequentissimam punctorum diacriticorum omissionem, lectu difficilior: quae res ipsi Alberto Schultensio fraudi fuit, et haud raros lectionis errores peperit in *Historia eversi regni Homeritici*, quam ex hoc MS. p. 113—156, plurimis, quae accuratius indagari et explorari merentur, omissis, suae Ioctanidarum Historiae inseruit. Incipit haec Thabaritae pars, sine ulla praefatione, a Septem dormientium fabula

ذكر)

ctoris opus est Chronicon, quod *Tarikh al Dzahabi* vel *Tarikh al Islam* vocatur, et 12 volumina complectitur; cujus historiae ad annum usque 744 (Chr. 1343—4) decurrentis compendium exstat MS. B. L. 1808 (428) et 1816 (988) uti recte judicavit Reiskius *Prodidagm.* l. l. p. 237. Ejusdem quoque Chronici appendix, ab ipso, ut videtur, Dzahabaeo profecta, et illustrium virorum vitas, qui A. 700—740 obierunt, complexa, exstat MS. 1867 (320) ubi in fine auctor Ibn Adzdzahabi appellatur, et Damascenus ex Temimitarum genere fuisse dicitur. De auctore (cujus alius etiam liber non magni momenti exstat MS. 1869 (325)) cf. Herb. v. *Dhahabi*, *Tarikh al Dhahabi*, *Magem al Dhahabi*, *Marafat al Corra* et *Thabacat al Corra* etc. Vid. quoque Ibn Habib *Historia Mamluchorum* MS. 1807 (425) p. 441 et Abdelwahab ibn Assebeki *in doctorum Schafeiticorum vitis* MS. 1860 (73) T. II. p. 443—451.

(ذكر الخبر عن اصحاب الكهف). Hinc de Iona propheta, de S. Georgio (جرجيش), prolixe nugatur. Tum usque ad finem libri res imperii Sassanidarum enarrat auctor, quibus fata Arabiae felicis et bella a Persis ibi gesta intermiscet. Desinit vero in enumeratione epocharum et supputatione temporis, quod secundum Judaeos, Christianos, Magos, inter Adami lapsum et Mohammedis fugam effluxerit. — Alterum Thabaritae volumen MS. 1737 (140) est formae quartae minoris, et prioris molem longe superat. Continet enim minutae et inelegantis scripturae pp. 961. Incipit a nativitate Mohammedis, desinit in caede Hoseini (die 10 Moharremi A. H. 61. Chr. 680), et extremo loco narrat, quomodo caput Hoseini captivasque mulieres et pueros Obeidollah miserit ad Jezidum, qui Alidas paucis post diebus Medinam deducendos curaverit. Exstat igitur hoc libro rerum, primis sexaginta post fugam annis, a Mohammedanis gestarum copiosissima eadem atque antiquissima narratio, quam utinam ita legeremus, ut ab ipso Thabarita profecta est. Nam illo, de quo agimus, volumine, non ipsius Arabicum opus auctoris, sed versionem ex alia versione Persica factam contineri, et exordium libri, et subscriptio docet. Nempe ab initio, post solitas precum formulas, et benedictiones, quibus Mohammedes ornatur, haec leguntur: فبتدي بعون الله الملك القيوم القوي في ترجمة جزء (الجزء .l) الثاني من تاريخ الطبري العبد الفقير الحقير خضر بن خضر ابن حاجي حسن الامدي عفي الله عنهم بلطفه الخفي في يوم الخميس ثاني عشر شهر رمضان سنة ٩٣٥ „ *Incepimus auxilio Dei aeterni, potentis, vertere Chronici Thabaritae partem secundam,* [quod fecit] *servus egenus, vilis, Khedher ibn Khedher ibn Hadji Hasan Amidensis,* (*quibus Deus occulta sua gratia ignoscat*), *feria quinta,* 12°. *die Mensis Ramadhani anni* 935 (Chr. 1528—9). Cujus loci sensus expeditior erit, si legatur ابتدي pro فبتدي. Clarius vero, qualis rei ratio sit, ex subscriptione perspicitur: تمامة (?) جزء (الجزء .l) الثاني من ترجمة تاريخ الطبري من العجمي الي العربي العبد (للعبد .l) الفقير الحقير الراجي رحمة ربه خضر بن خضر ابن الحاجي حسن ابن الحاجي محمد ابن الحاجي حسن ابن الحاجي اسماعيل ابن الحاجي علي الامدي عفي الله عنهم وذلك في ليلة الثلثا ثامن شهر

شهر ربيع الاخر سنة ٩٣٧ — وكان العمر بومين خمسين سنة ۞

Finis partis secundae versionis Chronici Thabaritae, ex Persico in Arabicum sermonem, servi egeni, vilis, misericordiam Domini sui sperantis, Khedheri ibn Khedher ibn al Hadji Hasan ibn al Hadji Mohammed ibn al Hadji Hasan ibn al Hadji Ismail ibn al Hadji Ali Amidensis, quibus Deus ignoscat Hoc vero (perfectum est) *nocte feriae tertiae, die 8°. mensis Rabiae posterioris A.* 937 (*Chr.* 1530—1), *dum quinquagesimum annum ageret.* An hujus Khedheri interpretis, qui a descriptore libri diversus non esse videtur, apud alios mentio fiat, nescio: hoc vero ex gemina, quam laudavimus, nota discimus, illa jam aetate, admodum rara antiqui illius Chronici exempla Arabica fuisse. Si enim ipse Thabarita facile parari potuisset, in hac parte libri Arabice transferenda, Khedherus iste profecto totum fere biennium consumere noluisset. Qua in opera uti potuit Persica versione, quam, teste Herbelotio, A. 352 (Chr. 963—4) confecit Abou Mohammed Ali ibn Mohammed Abdolgani Vezirus Mansouri ibn Nouh Sultani Samanidae. Cum igitur haec tantum versio sit ex alia versione profecta, quantis interpolationibus et omissionibus opus foedari potuerit, omnes intelligunt. Unde caussa repetenda est, quod, quae insecuti scriptores ex Thabarita laudarunt, saepe huic versioni non satis apte respondeant. Nec minus facile nunc explicatur, cur haec pars Historiae, quae ratione temporis posterior sit, secunda appelletur, altera quae prior sit, tertia. Nempe alia divisio in ipso Thabarita obtinebat, alia in versionibus. Jam absoluta Codicum descriptione restat ut de ipso auctore videamus, cujus nomen inter nostros quoque eruditos jam pridem celebratum est. Innotuit imprimis ex Herbelotio v. *Thabari* et *Tarikh Thabari* (adde v. *Gjafari*, *Gjarir* et *Pesser*), item ex Abulf. A. M. T. II. p. 344. et Koehlero in *Repertorio* l. l. p. 69—72, qui, licet omnes ex Ibn Khalicani et Abou Zacarjae narratione profecerint, haud pauca tamen intacta reliquerunt. Ibn Khalicani verba haec sunt: (No. 581. Cod. Palm. T. II. p. 53. Leyd. Maur. T. II. p. 225.) أبو جعفر محمد بن جرير بن يزيد بن خلد (57) الطبري وقيل يزيد بن كثير بن

(57) Sic Cod. Palm., quem etiam in hac vita edenda secuti sumus. Leyd. Maurit. الطبري infra post غالب collocat.

بن غالب صاحب التفسير الكبير والتاريخ الشهير كان اماما في فنون كثيرة منها التفسير والحديث والفقه والتاريخ وغير ذلك وله مصنفات مليحة في فنون عديدة تدلّ علي سعة علمه وغزارة فضله وكان من الايمة المجتهدين لم يقلد احدا وكان ابو الفرج المعافي بن زكريا النهرواني المعروف بابن طرارا علي مذهبه وسياتي ذكره ان شاء الله تعالي وكان ثقة في نقله وتاريخه اصحّ التواريخ واثبتها وذكره الشيخ ابو اسحق الشيرازي في طبقات الفقهاء في جملة المجتهدين (58) ورايت في بعض المجاميع هذه الابيات منسوبة اليه وهي

اذا اعسرت لم يعلم شقيقي واستغني فيستغني صديقي
حيائي حافظ لي ماء وجهي ورفقي في مطالبتي رفيقي
ولو اني سمحت ببذل وجهي لكنت الي الغني سهل الطريق

وكانت ولادته سنة اربع وعشرين ومايتين بامل طبرستان وتوفي في (59) يوم السبت اخر النهار ودفن يوم الاحد في داره في السادس (60) والعشرين من شوال سنة عشر وثلثماية ببغداد رحمه الله تعالي ورايت بمصر في القرافة الصغري عند سفح المقطم قبرا يزار وعند راسه حجرا مكتوب عليه هذا قبر ابن جرير الطبري والناس يقولون هذا (61) صاحب التاريخ وليس بصحيح بل الصحيح انه ببغداد (62) وقال ابن يونس في تاريخ مصر المختص بالغرباء انه توفي ببغداد وابو بكر الخوارزمي

(58) Quae sequuntur usque ad finem versiculorum non leguntur in Cod. L.
(59) في desideratur in Cod. L.
(60) In marg. Codicis P. et in textu Codicis L. reperitur ثالث.
(61) Cod. L. انه pro هذا.
(62) Cod. L. hic inserit والله اعلم. Quae vero sequuntur, usque ad وابو بكر, ibi omissa sunt.

الخوارزمي الشاعر المشهور ابن اخته وسياتي ذكره ان شاء الله تعالي وقد سبق الكلام علي الطبري (63)

Abou Djafar Mohammed ibn Djerir ibn Jezid ibn Khaled Thabarita, *vel ut alii perhibent*, *Jezid ibn Catser ibn Galeb*, *auctor magni* (in Coranum) *commentarii et noti Chronici. Fuit Imamus sive princeps in variis scientiarum generibus; v. g. in Corani interpretatione*, *in traditione*, *jurisprudentia*, *historia aliisque*, *elegantissimosque libros de multis disciplinarum partibus edidit*, *qui*, *quanta eruditionis amplitudine et excellentis ingenii ubertate fuerit*, *ostendunt. Inter Imamos laboris studiique amantissimos censetur*, *qui*, *cum ipse in nullius magistri verba jurasset* (64), *Aboul Fardjum Al Moafa ibn Zacarja Nihrawanensem*, *cognomine Ibn Therara* (65), *discipulum habuit*, *cujus viri*, *si Deus voluerit*, *postea mentio fiet. In rebus enarrandis fidem meretur*, *ejusque Chronicon omnium veracissimum est et maximae auctoritatis. Eundem Doctor Abou Ishak Asschirazi*, *cujus Deus misereatur* (66)*! in libro Thabakaat ol Fokaha* (Classes Jurisconsultorum) *in eorum censet numero*, *qui magnis laboribus inclaruerunt. Ipse vero in qua-*

---

(63) والله اعلم addit Leydensis.

(64) لم يقلد احدا pp. *neminem* [sibi] *praefecerat.* Secuti sumus in hac explicatione Reiskium ad Abulf. l. l. ubi eadem verba de Thabarita occurrunt.

(65) Legitur hujus viri vita apud Ibn Khalic. n. 737. in Cod. P. T. III. p. 21 sq. in Leyd. M. T. II. p. 436 sq. in Leyd. altero p. 12 sqq. Nomen plerisque in locis male exaratur المعافا. Cognomen *Therara*, teste Ibn Khalicano, ab aliis طرارا, ab aliis طرارة scribitur. Vocatur quoque الجريري, quod sectam Thabaritae secutus sit; uti complures fecerunt. Ipsum tamen Thabaritam A. 310 (Chr. 922) defunctum, audire vix potuit Moafa natus A. 303 (Chr. 915 -- 6) vel 305 (Chr. 917 -- 8). Manifestus ergo est error Herbelotii, qui v. *Moafa* ab eo Thabaritam interrogatum dicit, an jure Khalifatus ad Abdollam Môtazi filium pertineret. Hic enim post unius diei imperium occisus est A. 296 (Chr. 908 -- 9). Cf. supra n. 41.

(66) Abou Ishak Ibrahim ibn Ali Asschirazi Al Firouzabadi natus est A. 393 (Chr. 1005 -- 6), obiit A. 476 (Chr. 1083 -- 4). Cf. Abulf. A. M. T. III. p. 247 sq. Reisk. not. hist. 180, 190, 193 -- 196. Occurrit vita ejus in Ind. Ibn Khalic. n. 5. ubi vid. Doct. B. F. Tydeman et Herbelotii loca ab eo laudd., quibus adde v. *Thabacat Alfokaha.* In Cod. Palm. et Leyd. M. ejus vita legitur T. I. p. 5 sq.

quadam (Carminum) *collectione versus vidi sequentes, qui ad ipsum auctorem referebantur :*

Cum premor difficultatibus, ne uterinus quidem frater resciscit; cum vero meae mihi res sufficiunt, amicus quoque non eget.

Repositorium mihi servat quo dignitatem meam sustineam (67), *et socium id a me flagitantem adjuvem.*

Nam etsi liberaliter me aliis obtuli (68), *tamen facilem ad divitias viam inveni* (69).

Natus est anno 224 (*Chr.* 838—9) *Amoli in Thabarestana, obiitque die Sabbathi ad vesperam vergente, et proximo die Lunae domi suae sepultus est, sexto* (alii: *tertio*) *et vigesimo die Schawali A.* 310 (*Chr.* 922—3) *Bagdadi. Misereatur illius Deus O. M. In Aegypto vidi apud Kerrafah Assogra* (sive parvo sepulcreto) (70), *in montis Mokattemi radicibus, tumulum, quem honoris caussa invisere solent. Ad hujus autem sepulcri caput lapidem conspexi, cui inscriptum erat: Hic est tumulus Ibn Djeriri Thabaritae: quem homines falso autumant esse Chronici auctorem. Hunc enim Bagdadi sepultum esse, verum est, ibique loci diem obiisse supremum asserit etiam Ibn Younos in Ae-*

---

(67) ماء وجهي. *Aqua faciei meae.* Hac in phrasi reddenda significationem adoptavimus, supra (n. 51) illustratam. Et hujus enim et illius loci eadem ratio esse videbatur.

(68) Proprie: *Etsi liberalis fui in offerendo vultu meo.* Phrasis ambigua quae pro vario contextu variam potestatem induit. Sic, ubi bellator aliquis in Hamasa dicit ابذل وجهي *prodigus sum vultus mei*, significat se (ut Catulli verbis utar), *hostibus non tergo sed forti pectore notum esse.* Thabaritae vero h. l. haec esse sententia videtur: *se benignum et liberalem vultum omnibus ostendisse.*

(69) Carmen pertinet ad Speciem quartam الوافر dictam. Cf. Clericus *Pros. Arab.* C. IX. Iones *de P. A.* p. 36--39. Schema metri hoc est:

⏑ — — — | ⏑ — — — / ⏑ — ⏑ ⏑ — | ⏑ — — | ⏑ — — — / ⏑ — ⏑ ⏑ — | ⏑ — — — / ⏑ — ⏑ ⏑ — | ⏑ — —

(70) De *Kerrafah* vid. Schult. Ind. Geogr. in v. et auctt. laudd. a Celeb. de Sacy, *Relat. de l'Egypte* etc. p. 391. n. 36. Adde Lex. Geogr. MS., quod in voce المقطم haec habet: هو الجبل المشرق علي مقبرة الفسطاط هي القرافة.

Aegypti Chronico, *quod imprimis in viris exoticis recensendis versatur* (71). *Abou Becrus Khowarezmius*, *poeta celeber*, *cujus infra*, *si Deus voluerit*, *memoriam proferemus*, *erat Thabaritae ex fratre nepos* (72). *De ipso autem Thabarita supra jam verba fecimus* (73). Haec Ibn Khalicanus. — Sequitur jam Abou Zacarjae narratio ex MS. 870 (357) p. 35. محمد بن جرير ذكره في الروضة هو الامام البارع في انواع العلوم ابو جعفر محمد بن جرير بن يزيد بن كثير بن غالب الطبري وهو في طبقة الترمذي والنساي سمع عبد الملك بن ابي الشوارب واحمد بن منيع البغوي ومحمد بن حميد الرازي والوليد بن

---

(71) Abou Saïd Abdorrahman ibn Aboul Hasan Ahmed ibn Abou Mousa Younos Sadefita Aegyptius natus est A. 281 (Chr. 894—5), obiit A. 347 (Chr. 958—9). Scripsit duplex Chronicon, alterum majus, quod de Aegyptiis exponit; alterum minus يشتمل علي الغرباء الواردين علي مصر *quod peregrinos complectitur*, *qui in Aegyptum descenderunt*. Verba sunt Ibn Khalicani in ejus vita n. 376. Cod. Palm. T. I. p. 431. Leyd. M. T. I. p. 439, quae edita exstat *Not. et Extr. des Man.* T. VII. p. 26, ubi p. 16—240 amplissima recensio legitur Tabularum Astronom. filii hujus Abdorrahmani, qui item Ibn Younos appellatur. Alii complures ejusdem cognominis fuerunt, quorum imprimis duo celebrantur, indicati a Sacyo Viro Celeb. in *Relat. de l'Egypte* etc. p. 485. n. 61. Alter fuit Aboulfath Mousa Ibn Younos natus A. 551 (Chr. 1156—7), defunctus A. 639 (Chr. 1241—2) (cf. Ibn Khal. n. 757. Cod. Palm. T. III. p. 52. Leyd. M. T. II. p. 471. Leyd. A. p. 108). Hic omnium disciplinarum, imprimis mathematicarum, peritissimus fuit, et in Indice ad *Relat. de l'Egypte* etc. v. *Ebn Younous*, male confunditur cum historico ejusdem cognominis. Frater Mousae erat Abou Hamid Mohammed Ibn Younos (cf. Ibn Khal. n. 612. Cod. Palm. T. II. p. 104. Leyd. M. T. II. p. 247), pater Aboulfadhl Younos ibn Abd Al Ala. Cf. Ibn Khalic. n. 864. Cod. Palm. T. III. extr. Leyd. M. T. III. p. 534.

(72) Abou Becr Mohammed ibn Al Abbas Khowarezmius (quem haud diversum censeo a poëta Abou Becro Khowarezmio, memorato a Viro Ill. de Sacy C. A. T. III. p. 190), obiit A. 383 (Chr. 993—4) vel 393 (Chr. 1002—3). Cf. Ibn Khal. n. 675. Cod. Palm. T. II. p. 228. Leyd. M. T. II. p. 305, ubi non fratris sed sororis filius Thabaritae fuisse dicitur, consentiente Herbelotio v. *Khouaresmi*.

(73) Poterit etiam et fortasse melius verti: *De voce* طبري *supra jam actum est*; quomodo nempe scribenda et unde derivanda sit. Est enim ex more Ibn Khalicani, ut in fine singularum vitarum rationem nominum cognominumque reddat, aut, si hoc semel iterumque in eodem nomine fecerit, illud superius jam explicatum esse moneat. Sic in fine vitae Nihrawanensis (cf. n. 65) وقد سبق الكلام علي النهرواني فاغني عن الاعادة *

بن شجاع وابا كريب محمد بن العلا ويعقوب بن ابراهيم الدورقي وابا سعيد الاشج وعمرو بن علي ومحمد بن مثني ومحمد بن بشار وغيرهم من شيوخ البخاري ومسلم حدث عنه احمد بن كامل ومحمد بن عبد الله الشافعي ومخلد بن جعفر وخلايق قال الحافظ ابو بكر الخطيب البغدادي في تاريخ بغداد استوطن الطبري بغداد واقام بها حتي توفي وكان احد ايمة العلماء يحكم بقوله ويرجع الي رايه لمعرفته وفضله وكان قد جمع من العلوم ما لم يشاركه فيه احد من اهل عصره وكان حافظا لكتاب الله تعالي عارفا بالقران بصيرا بالمعاني فقيها باحكام القرآن عالما بالسنن وطرايقها صحيحها وسقيمها وناسخها ومنسوخها عارفا باقوال الصحابة والتابعين فمن بعدهم في الاحكام عارفا بايام الناس واخبارهم وله كتاب التاريخ المشهور وكتاب في التفسير لم يصنف احد مثله وكتاب تهذيب الآثار لم ار سواه في معناه ولكنه لم يتمّه وله في اصول الفقه وفروعه كتب كثيرة وتفرد بمسايل حفظت عنه قال الخطيب وسمعت علي بن عبيد الله السمسار يحكي ان محمد بن جرير مكث اربعين سنة يكتب في كل يوم اربعين ورقة وعن الشيخ ابي حميد الاسفرايني قال لو سافر رجل الي الصين ليحصل تفسير ابن جرير لم يكن هذا كبرا (74) او كلاما هذا معناه وروينا عنه انه قال لاصحابه هل تنشطون لتفسير القران قالوا كم يكون قدرة قال ثلثون (ثلثين .l) الف ورقة فقالوا هذا مما تفني الاعمار قبل تمامه فاختصره في نحو ثلاثة الاف ورقة وكذلك قال لهم في التاريخ فاجابوا بمثل جواب التفسير فقال انا لله ماتت الهمم فاختصره نحو ما اختصر التفسير وقال محمد بن

(74) Vox corrupta videtur. An legendum كثيرا? Sed totus iste locus difficultate laborat.

بن اسحق بن جريمة ما اعلم تحت اديم الارض اعلم من محمد بن جرير وروينا ان ابا بكر بن مجاهد امام الناس في القران استمع ليلة لقراة محمد بن جرير فقال ما ظننت ان الله خلق بشرا يحسن يقرأ هذه القراة وروي الخطيب عن القاضي ابي احمد بن كامل قال توفي ابو جعفر محمد بن جرير وقت المغرب ليلة الاثنين ليومين بقيا من شوال سنة ست (؟) عشر وثلثماية ودفن ضحوة يوم الاثنين في داره ولم يغير شيبةً وكان السواد في شعر راسه ولحيته كثيرا وكان مولده في اخر سنة اربع واول (او اول .1) سنة خمس وعشرين ومايتين وكان اسمر الي الادمة اعين نحيف الجسم مديد القامة فصيح اللسان ولم يؤذّن به احد واجتمع عليه من لا يحصيهم عدد (75) الا الله وصلي علي قبره عدة شهور ليلا ونهارا ورثاه خلق كثير من اهل الدين والادب ورثاه ابن الاعرابي وابن دريد وغيرهما ولقد اجاد ابن دريد وابلغ في مرثيته قال الرافعي في مواضع منها اول كتاب الزكاة من الشرح تفرد ابن جرير لا يعد وجها في مذهبنا وان كان معدودا من طبقات اصحاب الشافعي قلت ذكره ابو عاصم العبادي في الفقهاء الشافعية قال وهو من افراد علماينا واخذ فقه الشافعي عن الربيع المرادي والحسن الزعفراني ۞

Mohammed ibn Djerir, cujus mentio in Raudha (76) *saepius recurrit, fuit Imamus in*

---

(75) Ordo est verborum واجتمع عليه عدد من لا يحصيهم الا الله.

(76) Qualis liber hic indicetur, difficile dictu est. Cum enim Abou Zacarja, ut infra apparebit, mortuus sit A. 676 (Chr. 1277--8), librorum, qui ab Herbelotio laudantur v. *Raoudha*, nullus huc pertinere potest, Hi enim omnes recentiori aetati debentur. Ejusdem quoque nominis librum scripsit Grammaticus Aboul Abbas Mohammed ibn Yezid Al Mobarred, qui cum A. 285 vel 286 (Chr. 898--9), Thabarita jam sexagesimum annum agente, obierit, ejus mentionem eo in opere facere potuit. Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 282. Sacy *Relat. de l'Egypte* etc. p. 481. n. 31. Herb. v. *Mobarred.*

in variis scientiarum generibus excellens, Abou Djafar Mohammed ibn Djerir ibn Tezid ibn Catsir ibn Galeb Thabarita. Ad classem Termeditae (77) *et Nesaitae* (78) *pertinuit, audivitque Abdolmalekum ibn Abou Schawarib et Ahmedem ibn Mani' Bagwitam et Mohammedem ibn Hamid Raiensem et Walidum ibn Schadjâ et Abou Keritum Mohammedem ibn Al Ala et Yâkoubum ibn Ibrahim Dourakitam et Abou Saïdum Al Aschah et Amruum ibn Ali et Mohammedem ibn Motsanna* (?) *et Mohammedem Ibn Basar aliosque ex Bocharii* (79) *praeceptoribus et Moslemi. Ab eo traditionem acceperunt Ahmed ibn Camel et Mohammed ibn Abdalla Schafeita et Mokhallad ibn Djafar aliique complures. Ait Al Hafedh Abou Becr Concionator Bagdadensis in Bagdadi Chronico* (80), *Thabaritam*

---

(77) Indicat, ni fallor, his verbis Abou Zacarja, Thabaritam eadem aetate ac Termeditam et Nesaitam floruisse. Sub Termeditae nomine latere videtur Abou Djafar Mohammed ibn Ahmed ibn Naser Attermedi, natus A. 200 (Chr. 815--6), vel 210 (Chr. 825--6), mortuus A. 295 (Chr. 907--8), Schafeitarum sui temporis princeps. Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 300. Ibn Khal. n. 583. Cod. Palm. T. II. p. 56. Leyd. M. T. II. p. 225. Fieri tamen potest, ut alius intelligatur Termedita, celeberrimus traditionis auctor, mortuus A. 275 (Chr. 888--9), vel 279 (Chr. 892--3). Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 274. et Reiskii not. hist. 239. Ibn Khal. n. 624. Cod. P. T. II. p. 125. Leyd. M. T. II. p. 256. Hujus viri nomen est Abou Isa Mohammed ibn Isa.

(78) Intelligitur Abou Abdorrahman Ahmed ibn Ali Annesai, sive ex urbe Nesa Khorasanae oriundus, probatus traditionis auctor. Obiit A. 303 (Chr. 915--6). Cf. Ibn Khal. n. 28. Cod. P. T. I. p. 30. Leyd. M. T. I. p. 35. De urbe Nesa vide Herbel. et Abulfedae Geogr. in Büschingii *Magazin fur die neue Hist.* etc. T. V. p. 341. ubi nostri quoque mentionem facit.

(79) De celeberrimo traditionum conquisitore Bochario vid. Herb. in v. et in v. *Sahih* aliisque locis, Abulf. A. M. T. II. p. 236 sq., *Biogr. Univ.* T. V. p. 41 in v., et auctt. l. l. a P. Lemming in *Proll. ad Comment. de Ben Abou Scherif.* p. XXVII. n. 2. Cum tamen Bocharius viginti duobus annis Thabarita major fuerit, natus A. 194 (Chr. 809--10), dubitari potest an tot illius doctores hic audire potuerit. — Moslemus ibn Al Hedjadj Nisaburensis, etiam corpore traditionum edito celeber, mortuus est A. 261 (Chr. 874--5). De eo cf. Abulf. A. M. T. II. p. 248, Herb. v. *Moslem* et *Sahih*, Ibn Khal. n. 727. Cod. P. T. III. p. 11 et 12. Leyd. M. T. II. p. 421 sq. Qui hic vero nominantur praeceptores et discipuli Thabaritae, hi plerumque obscuriores sunt. Abdol Malek ibn Abou Schawarib tamen filio notus est Hasano Supremo Bagdadi Judice, defuncto A. 261 (Chr. 874--5), et nobilitate generis. Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 248. — Ahmed ibn Camel etiam Termeditam habuit praeceptorem. Ibid. p. 300.

(80) Abou Becri Ahmedis Concionatoris Bagdadensis vitam ex Ibn Khalic. infra proferemus §. IX.

tam Bagdadi degere consuevisse, ibique ad mortem usque mansisse, et unum principum eruditorum fuisse, cujus responsa in judiciis valeant, et expetatur consilium ob viri eruditionem et praestantiam; tantamque sibi doctrinam comparasse, ut in ea aequalium suorum sibi parem habuerit neminem. Librum divinum memoria tenebat eumque ita callebat, ut abstrusos ipsius sensus, aeque ac sententias legales, in numerato haberet. Legis quoque traditione propagatae (sive Sonnae) *erat peritus, singulasque illius tradendae rationes, sive bonas, sive infirmas, nec non quid abrogatum, et a quibus id factum esset, noverat, sententiasque didicerat sociorum et Al Tabeïna, et eorum qui his successerant* (81), *judiciales, item bella hominum historiasque. Scripsit Chronici librum illustrem, et Corani Commentarium, cui nemo similem edidit; item eum qui Tahdsib Al Atsâr* (sive Apta traditionum expositio) *vocatur, cui qui consentiret, alium vidi nullum. Hoc tamen opus non perfecit. Caeterum de principiis juris non minus, quam de secundariis illius disciplinae partibus multos libros edidit, et in quaestionibus* (juridicis), *quae ab eo editae servantur, privam sibi et peculiarem rationem sequitur. Testatur Alkhatib* (sive Concionator Bagdadensis), *se audivisse Obeidollae proxenetae* (السمسار) *filium Alium* (82), *qui narraret Mohammedem ibn Djerir annos quadraginta ita transegisse, ut quotidie quadraginta folia scribendo impleret. Doctor Abou Hamid Isferajanensis* (83) *dixisse fertur: Si vel ad Sinenses aliquis proficisceretur, ut Commentarium Coranicum Thabaritae sibi acquireret, non multum inde reportaturum esse, praeter verba*

(81) Quae proxime praecesserunt et sequentium nonnulla ante oculos habuisse et excerpsisse videtur Abulf. A. M. T. II. p. 344.

(82) Aboul Hasanum Alium ibn Abdolla Assimsamani (السمسماني) vocat Ibn Khal. n. 453, et decessisse dicit A. 415 (Chr. 1024--5). Addit Al Khatibum Bagdadensem ejus mentionem fecisse; qui cum natus sit A. 392 (Chr. 1001--2), ipsum hominem videre potuit. Ergo licet nomen leviter differat, ab eo qui in textu laudatur, diversus non esse videtur. Vita legitur Cod. P. T. I. p. 535. Leyd. M. T. II. p. 77.

(83) Abou Hamid Ahmed ibn Mohammed natus Isferainae Khorasanae urbe A. 344 (Chr. 955--6), mortuus Bagdadi A. 406 (Chr. 1015--6), celeberrimus sectae Schafeiticae doctor fuit. Cf. Herb. v. *Esfaraini*, Abulf. A. M. T. III. p. 26. Ibn Khal. n. 25. Cod. P. T. I. p. 28. Leyd. M. T. I. p. 33.

ba Hadsa Mânaho (Haec est illius significatio) (84). *Ab eodem accepimus Thabaritam amicis suis dixisse: An* (meum) *Coranicum Commentarium lubenter excepietis? Tum illos quanti voluminis foret rogasse, et cum eo triginta foliorum millia contineri audirent, respondisse: Vitae prius, quam tantae lectionis, finem futurum: Thabaritam ergo opus in compendium misisse, et ad tria circiter foliorum millia redegisse* (85). *Eadem quoque ex illis de Chronico suo quaesivit, et cum idem responsum tulisset: Deo res nostras commendamus* (86), *inquit, nam lucubrationes* (nostrae) *periere. Tum ex eo compendium fecit, sicut ex Commentario fecerat. Ait Mohammed ibn Ishak* (87) *Ibn Djezimah, se judice, neminem terrae superficie tegi, Mohammede Djeriri filio eruditione praestantiorem. De Abubecro quoque Modjahedi filio, in lectionibus* (Corani dijudicandis) *principe, traditur, eum quadam nocte interfuisse scholis Mohammedis Ibn Djerir et dixisse: Non putaveram Deum O. M. quemquam creasse mortalium, qui praelectionem adeo pulcram habere posset. Refert Concionator Bagdadensis ex testimonio Judicis Abou Ahmedis ibn Camel decessisse Abou Djafarum Mohammedem ibn Djerir circa solis occasum, vespera ante feriam secundam, die* 27 *mensis Schawali, A.* 316 (*Chr.* 928—9) (?). *Proximo mane domi suae sepultus est. Nulla ipsum canities immutaverat, capillorumque et barbae erat intensa nigredo. Natalis ejus incidit in extremam partem anni* 224 (*Chr.* 838—9), *vel initium sequentis. Colore fuit oleagineo ad fuscum vergente* (88), *magnis oculis, gracili corpore et procero, lingua facunda. Quamvis nemo ad preces ejus caus-*

---

(84) Sententia obscura est. An hoc vult, Commentarium Coranicum, in compendium redactum, jam nihil, omissis argumentis et probationibus, continere, nisi brevem sententiarum recensionem? Non igitur esse, cur quis illius sibi comparandi gratia omnem lapidem moveat, ex quo non magnum fructum sit percepturus?

(85) Quod hic de commentario narratur, id de Chronico refert Herb. v. *Tarikh Thabari.*

(86) Arab. انا لله. Initium formulae (qua rebus desperatis uti solent) انا لله وانا اليه راجعون. Ob frequentissimum illius usum voces initiales tantum scribuntur. Sic apud Abulf. A. M. T. I. p. 280 m.

(87) Hunc Mohammedem ignoro. Interim bene distinguendus est a Mohammede Ibn Ishak traditionis auctore. Cf. Ibn Khal. n. 623. Is enim Thabarita antiquior fuit.

(88) Locus difficilis, cujus me sensum assecutum esse affirmare non ausim.

caussa publice faciendas populum vocaret, tantus tamen eorum numerus fuit, qui ad ejus tumulum convenirent, ibique per plures menses continuos noctu et interdiu precarentur, ut a solo Deo O. M. iniri possit: eodemque invisendi gratia venit magna virorum turba pietate et eruditione illustrium. Funebri carmine defunctum celebrarunt Ibn Al Aârabi (89) *et Ibn Doreid aliique: sed Ibn Doreidi imprimis elegantia et eloquentia in hoc epicedio enituit. Ait Rafiaeus* (90) *nonnullis in locis, imprimis in Commen-*

ta-

---

(89) Quis hic Ibn Al Aârabi fuerit, frustra quaesivi. Nam qui hoc cognomen gessit celeberrimus Philologus Cufensis Mohammed ibn Ziad, Thabarita vetustior est, mortuus A. 231 (Chr. 845—6). Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 180. Ibn Khal. n. 644. Cod. Palm. T. II. p. 148 sqq. Leyd. M. T. II. p. 266 sq. Is inter doctores fuit Ibn Kotaibae (vid. supra p. 8, ubi ad hanc notam provocantes, per σφάλμα μνημονικὸν *Ibn Doreidum* pro *Thabarita* laudavimus). Hunc memorans Herb. v. *Arabi*, ibidem de aliis duobus retulit *Ibn Al Arabi* vel *Arabi*, Thabarita junioribus. Sed cognomen, quod illi habuerunt, Arabice sonat ابن العربي vel ابن عربي; cum Mohammed ibn Ziad et ignotus, de quo apud Abou Zacarjam agitur, ابن الاعرابي appellentur. Discrimen observat, et ex Commentario Coranico Abou Becri Mohammedis ibn Aziz Sedjestanensis explicat Ibn Khal., in vita Mohammedis ibn Ziad: unde haec repetit Abulf. A. M. T. II. l. l. اذا كان اعرابي inquit. ورجل بدويا وان لم يكن من العرب ورجل عربي منسوب الي العرب وان لم يكن بدويا. *Vir Aârabi dicitur, si in deserto agit, etiamsi Arabs non sit; Arabi autem vir est Arabs genere, licet nomadicam vitam non sequatur.* Qui ابن عربي, vel ابن العربي, appellati sunt, horum, quod sciam, tres fuerunt. Primus est Abou Becr Mohammed ibn Abdolla Hispalensis (Ibn Khal. n. 637. Cod. Palm. T. II. p. 138. Leyd. M. T. II. p. 262), natus A. 468 vel 469 (Chr. 1075—7), mortuus A. 543 (Chr. 1148—9), quem male Herbel. *Ibn Arabi* appellavit, cum articulum addere debuisset. Contra alterum longe celebriorem, Abou Becrum Mohammedem ibn Ali Modjieddin Hispanum Tayensem, quem A. 638 (Chr. 1240—1) mortuum, Herb. *Ibn Al Arabi* nominavit, Aboul Mahasenus in suo كتاب الكواكب الباهرة vocat ابن عربي. Assentiuntur tamen Herbelotianae scriptioni cum Abulfeda (qui, in Historiae suae praefatione, se profecisse dicit ex تاريخ العواصم والقواصم لابن العربي الاندلسي الاشبيلي, sive *Chronico rerum in provinciis hostico vicinis gestarum, auctore Ibn Al Arabi Hispano Hispalensi.* Cf. Casir. *Bibl. Arab. Hisp.* T. II. p. 16 et 17); tum vero etiam auctor brevis Chronici, quod exstat in MS. 814. Cat. B. L. n. 1834. Tertius *Ibn Al Arabi*, sive Mohammed ibn Ali ibn Omar Gassanita, Almeriensis, Jurisconsultus, natus A. 682 (Chr. 1283—4), defunctus A. 748 (Chr. 1347—8), a solo memoratur Casirio *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 472. T. II. p. 85.

(90) De vero hujus Rafiaei nomine, patria, aetate, nihil invenire potui. Ut Doctor sectae Scha-

tario, capitis illius, quod de Eleëmosynis agit, initio: Ibn Djerirus privam sibi rationem secutus est, neque nostrae sectae potest accenseri; licet numeretur inter classes asseclarum Schafeji. — Ego vero dico Abou Asemum Al Ibadi eum inter Jurisconsultos Schafeitarum memorare, his inter alia verbis usum: Hic inter lumina est doctorum nostrorum, et Jurisprudentiam Schafeiticam didicit a Rabio Al Moradio (91) *et Hasano Az Zâfaranio* (92). — Hactenus de Thabaritae scriptis et doctrina. Hoc vero obiter addendum est, nullam in Ibn Khalicani et Abou Zacarjae notitia mentionem factam esse operis Thabaritae, *Adab al Hamidah* inscripti, quod ea in voce memorat Herbel., neque alterius, quod in Bibl. L. B. exstat No. 562 (358), رياض النظرة في فضايل العشرة أصحاب رسول الله, *Exercitatio ad inspiciendam praestantiam decem sociorum prophetae Dei.* Alia quoque ejusdem opera recensentur in Thabaritae vita, auctore Soyouthio, quam in multis Abou Zacarjae conspirantem, his jam scriptis, reperio in MS. 1873 (416) p. 22. Sunt haec sequentia: كتاب اختلاف العلماء, *Liber de eruditorum dissensu*; كتاب القراآت, *Liber de variis* (Corani) *lectionibus*; et كتاب احكام شرايع الاسلام, *Liber quo Islamismi instituta dijudicantur.* In postremo sectae suae rationem exposuerat. Idem Soyouthius inter alia quoque hoc distichon affert, ex Ibn Al Aârabii (quem Abou Saïdum cognominat) in Thabaritam epicedio, Abou Zacarjae etiam memorato:

حدث

Schafeiticae, qui commentarium in librum *Adab al Kadhi* scripserit, a nostro Abou Zacarja in compendium redactum, memoratur ab Herb. v. *Rafei*, *Adab al Kadhi*, *Mokhtasser al Moharrar* etc. Nec de Abou Asemo, qui sequitur, quidquam certi habeo.

(91) Abou Mohammed Arrabi' ibn Soleiman Al Moradi, doctor sectae Schafeji, a quo ipse eruditus erat, mortuus est Misrae A. 273 (Chr. 883—4). Cf. Ibn Khal. n. 232. Cod. P. T. I. p. 287 sq. Leyd. M. T. I. p. 324.

(92) Abou Ali Al Hasan ibn Mohammed Az Zâfarani ipsum quoque Schafejum doctorem habuerat, et Bagdadi mortuus est A. 260 (Chr. 873—4), vel A. 249 (Chr. 863—4). Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 244. Ibn Khal. n. 156. Cod. P. T. I. p. 199. Leyd. M. T. I. p. 234. Cognomen derivatur ab Az Zafaraniah, pago in vicinia Bagdadi. In ipsa quoque urbe vicus est ejusdem nominis, sic dictus ex quo Hasanus noster ibi domicilium fixerat.

حدث مقطع وخطب خليل دق عن مثله اصطبار الصبور
قام ناعي العلوم اجمع لما قام ناعي محمد بن جرير

O calamitas divellens, et res egenae tales, quae mansuetissimi patientiam retundant! Surgit qui interitum nuntiat omnium disciplinarum; cum surgit Mohammedis Ibn Djerir defuncti nuntius.

Versus pertinent ad speciem undecimam sive الخفيف. Cf. Clericus *Pros. Arab.* C. XVI. Jones *de P. A.* p. 52 sq. Schema metri est hujusmodi:

∪ ∪ — —	∪ — ∪ —	— ∪ — —	— ∪ — —	∪ — ∪ —	— ∪ — —
— ∪ — —	∪ — ∪ —	∪ ∪ — —	— ∪ — —	∪ — ∪ —	∪ ∪ — —

§. IV.

MS. 1304 (321) كتاب جمهرة اللغة تاليف ابي بكر محمد بن الحسن بن دريد الازدي اللغوي *Liber complectens majorem linguae partem, compositus ab Abou Becro Mohammede ibn Hasan ibn Doreid Azdita Grammatico;* et MS. 1770 (362) الجزو الاول من كتاب الاشتقاق كامل (?الكامل an) تصنيف الشيخ الامام ابي بكر محمد بن الحسن بن دريد وفيه الثاني ايضا وهو اخر الكتاب. *Ejusdem Ibn Doreidi prima pars Libri de Etymologia perfecta, quacum secunda quoque pars extremo libro conjuncta est.* Genealogici et Etymologici operis qualis ratio sit, satis intelligi potest ex Reiskii descriptione, *Prodidagm.* etc. p. 231. Hoc igitur monuisse sufficiat; Codicem esse exaratum in Charta Orientali formae fol. min. A. 668 (Chr. 1269—70) et continere pp. 196. Alterum vero Ibn Doreidi opus, quo usi sumus, Lexicon est amplissimum, tribus constans voluminibus in fol. minori. In libri titulo vertendo secuti sumus Reiskii sententiam l. l., qui جمهرة, vocem ex omnibus (quod sciam) Lexicis exulantem, de *maxima et lectissima parte linguae* intellexit. Vide eundem in annot. Hist. 306. p. 755 ad Abulf. A. M. T. II. p. 306. Nescio tamen an melius vertatur *collectio*, ut sit nom. act. a verbo جمهر *colligere*. Ansam opinioni praebuerunt verba Djauharii, (qui solus vocem memorat et explicat,) جمهروا قبره جمهرةً اي اجمعوا عليه التراب. Sed satis de titulo: ipsius jam Lexici for-

formam et habitum describamus. Est sane liber bonae frugis plenissimus; at difficiliorem habet usum, ob praeposterum vocum ordinem, quem secutus est auctor. Nam absoluta praefatione de literis agit: hinc omnes radices bisyllabas, sive mediam radicalem geminantes, recenset. Has primum excipiunt quadriliterae geminatae; ut بثبث etc. dein quae duas simul literas ex اوي habent. Sequuntur radices triliterae perfectae. Quaerendi vero molestia ex eo augetur, quod in singulis radicibus biliteris et quadriliteris geminatis etiam inversa radix recensetur: (v. g. جب sub بج et جبجب sub بجبج) in triliteris vero singulis omnes radices reperiuntur, quae ex transpositis literis existunt. Sic ut exempli caussa sub بثث, etiamsi non exstat, ثبث, et sub بثر quoque ثرب, برث, ربث, رثب et ثبر quaerenda sint. Eadem quoque ratio per reliquum opus obtinet, quod, absoluta verborum perfectorum tractatione, pergit in exponendis nominibus, quibus vel radicales duae priores, vel duae posteriores, vel prima et ultima sunt similes. Hic ergo explicantur etiam nomina ducta a verbis surdis, sed perfectam formam habentia. Sequuntur pauca nomina quorum prima litera similis est tertiae, media ex quiescentibus; deinde radices, quibus aliqua litera est Elif, Waw vel Je. Huic capiti subjungitur aliud de vocibus Hamzatis, praemissa auctoris praefatiuncula, monentis se radices Elif mobilem habentes, quas superius quiescentibus immiscuerat, hic distincte et ordine expositurum, simulque se excusantis, veniamque errori ex eo petentis, quod hunc librum ex tempore, nulloque usus adjumento, dictasset. Mox transit ad quadriliteras, primum ordinarias, tum eas quae duas literas habent easdem. Hunc tractatum excipit ingens capitum numerus, v. g. de variis formis nominum pluriliterorum; de formis nominum simplicioribus; de iis quae pluralem singulari similem formant; de adjectivis forma masculinis, significatione femininis; de pluralibus singulari carentibus, etc. quae omnia recensere haud vacat. Ex illis enim, quae huc usque diximus, qualis sit ordo operis et argumentum satis intelligitur. Ad externum Codicis habitum quod attinet, optime scriptus est in Charta Orientali. Primum volumen, quod reliquis aliquanto majus, et alia manu exaratum est, ad aliud exemplar ab initio pertinuisse videtur. Continet pp. 245 et ingenti lacuna a proximo volumine divellitur. Illud enim desinit in radicibus triliteris a ثقف incipientibus; hujus initium est a litera Ha. Caeterum pars secunda continet pp. 692, tertia pp. 604. Ex subscriptione intelligitur duo

pos-

posteriora volumina descripta esse A. 644 (Chr. 1246—7). Auctor utriusque operis, et Genealogici et Grammatici, Ibn Doreidus, duplici carminis Al Meksoura editione Arabico-Latina, ut elegans et doctus poeta eruditis, Bilderdykiana vero Paraphrasi Belgica, elegantioribus etiam hominibus innotuit. Vitam ipsius ex Ibn Khalicani fontibus depromsit, et Latine redditam suae poematii illius editioni praefixit Vir Celeb. E. Scheidius; qui cum neque Arabicum contextum addiderit, neque verba auctoris sui ulla annotatione illustraverit, nec ubique recte ceperit; a praesenti nostro instituto haud alienum esse duximus eandem vitam, sed Arabice tantum, subjungere. In notis quae lucem desiderant explicabimus, et breviter memorabimus, quid Scheidius, aut aliter legisse, aut perperam vertisse, nobis videatur. In Cod. Palm. (cujus auctoritatem de more in textu secuti sumus,) vita reperitur T. II. p. 161—167 in Cod. Leyd. M. T. II. p. 273—276, uti jam notavit Doct. B. F. Tydemannus in Ind. Ibn Khalic. n. 648. ابو بكر محمد بن الحسن بن دريد (93) الازدي اللغوي البصري امام عصره في اللغة والادب (94) والشعر الفايق قال المسعودي في كتاب مروج الذهب في حقه وكان ابن دريد ببغداد ممن برع في زماننا هذا (95) في الشعر وانتهي في اللغة وقام مقام الخليل (96) بن احمد فيها واورد اشياء في اللغة (97) لم توجد في كتب المتقدمين وكان يذهب بالشعر كل مذهب وطورا يجزل (98) وطورا يرقّ وشعره اكثر من ان

(93) Longam avorum seriem consulto omisimus. (94) L. اداب.

(95) L. et Scheid. زمانه. Utrum legas parum refert.

(96) الخليل L. Recte. Designatur Alkhalil ibn Ahmed Grammaticus, de quo agit Ibn Khalic. n. 219. Cod. P. T. I. p. 270 sqq. Leyd. M. T. I. p. 309 sqq. Floruit medio Seculo 8°. Scheid. الحليل legens, de *doctore clarissimo* intellexit.

(97) Scheid. vertit: *Multa hic transtulit in linguam Arabicam.* Equidem accipio: *eum multa de lingua Arabica tradidisse nova et minus cognita.*

(98) Quid يجزل hic sit non video. Leyd. habet يحترق. Hoc si sequaris, sensus erit: *eum modo ardore ingenii abreptum fuisse, modo in tenerum animi affectum inclinasse.* Scheid. vertit ac si غزل et برق legisset.

ان تحصيه (99) او ياتي عليه كتابنا هذا فمن جيد شعره قصيدته المقصورة التي يمدح بها الشاه بن ميكال وولده وهما عبد الله بن محمد بن ميكال وولده ابو العباس اسمعيل بن عبد الله (100) ويقال انه احاط فيها باكثر المقصور (101) واولها

اما ترى راسي حاكي لونه طرة صبح تحت اذيال الدحي (102)

واشتغل المبيض في مسوده مثل اشتعال النار في جزل العضا (103)

ثم قال المسعودي وقد عارضه في هذه القصيدة المعروفة (104) جماعة من الشعراء فمنهم (105) ابو القاسم علي بن محمد بن ابي القسم الانطاكي التنوخي (106) وعدد جمعا ممن عارضه قلت انا وقد اعتنى بهذه المقصورة خلق من المتقدمين والمتاخرين وشرحوها وتكلموا على لغاتها (107) ومن اجود شروحها وابسطها شرح الفقيه ابي

---

(99) L. hic inserit او تاتي علي اكثره. Ab utraque lectione dissentit Scheid.

(100) De his viris, qui, uti videtur, Khalifarum nomine provinciam Persidis rexerunt, nihil, neque apud Ibn Doreidi Scholiastas, neque alibi, invenire potui. Scheidius sui Codicis lectione deceptus, (quae reperitur quoque in Cod. 1883 (787), ubi alia Ibn Doreidi vita exstat,) hic de tribus viris, patre, filio et nepote, sermonem esse putavit; sed ipsius Carminis auctoritate refutatur, duos tantum laudantis vs. 94 -- 103, Ibn Mikalem et Aboul Abbasum, quorum prior pp. vocabatur Abdalla et ab avo Ibn Mikalis cognomen traxit. Recte igitur codices nostri.

(101) L. pro المقصور habet اللغة. (102) L. et Edd. الدجي.

(103) L. الغضي. Edd. الغضا. Carmen illud celebratissimum pertinet ad speciem septimam sive الرجز, quamvis in secunda sede molossus ex regula non admittatur. Cf. Jones l. l. p. 44 sqq. Cler. C. XII:

— — ∪ —	— — — (?)	— — ∪ —	— ∪ ∪ —	— — ∪ —	— — ∪ —
— ∪ ∪ —	— — ∪ —	∪ — ∪ —	— — ∪ —	∪ — ∪ —	
∪ — ∪ —	∪ — ∪ —		∪ — ∪ —	— ∪ ∪ —	
	— ∪ ∪ —				

(104) المعروفة deëst in L. (105) L. منهم.

(106) Natus est Abulkasem iste A. 271 (Chr. 884--5); obiit A. 365 (Chr. 975--6), aut seq. Ejus vitam refert Ibn Khal. n. 476. Cod. Palm. T. I. p. 565. Leyd. M. T. II. p. 97.

(107) L. الفاظها.

ابي عبد الله محمد بن احمد بن هشام بن ابرهيم اللخمي السبتي (108) وكان متاخرا (109) وتوفي في حدود سنة سبعين وخمسماية وشرحها الامام ابو عبد الله محمد بن جعفر المعروف بالقراز (110) صاحب كتاب الجامع في اللغة وسياتي ذكره ان شاء الله تعالي وشرحها غيرهما ايضا ولابن دريد من التصانيف المشهورة كتاب الجمهرة وهو من الكتب المعتبرة في اللغة وله كتاب الاشتقاق وكتاب السرج واللجام وكتاب الخيل الكبير وكتاب الخيل الصغير وكتاب الانواء (111) وكتاب المقتبس وكتاب الملاحن وكتاب زوار العرب وكتاب اللغات وكتاب السلاح وكتاب غريب القران لم يكمله وكتاب المحتي (112) وهو صغير (113) حجمه كثير للفايدة وكذلك الوشاح صغير مفيد (114) وله نظم رايق جدا وكان من تقدم من العلماء يقول ابن دريد اعلم الشعراء العلماء (115) ومن مليح شعره قوله

غرّاء لو جلت حدورٌ (116) شعاعها للشمس عند طلوعها لم تشرق

عض

---

(108) Ejus vitam apud Ibn Khal. non invenio; at Commentarius exstat Cod. 1593 (615).

(109) Perperam S. *qui diutissime floruit.* Vult auctor eum recentiori demum aevo vixisse.

(110) Scrib. القزاز cum Scheidio. Leyd. male القرار. Vitam viri, defuncti A. 412 (Chr. 1021 -- 2), aetatis 70, habet Ibn Khal. n. 663. Cod. P. T. II. p. 208 sq. Leyd. M. T. II. p. 295 sq. Cf. Herb. v. *Cazzaz* et *Tamimi.* (111) L. انوار.

(112) L. habet وهو كتاب المجتبي adeoque ex duobus unum librum facit. S. *Al Mogjtani.*

(113) L. وهو مع صغر حجمه et الفايدة. Utrumque probandum.

(114) In Cod. P. marg. legitur ومن تصانيفه ايضا كتاب الامالي واسماء القبايل وادب الكتاب وقول وافعل (?) والمطر (MS. 897 (657)) والرواد وكتاب الوشاح وهو صغير. Quae partim corrupta videntur.

(115) Cod. L. et Scheid. واشعر العلماء. Omnino recte. S. tamen male accepit de unius viri sententia. Docet Ibn Khal. veteres generatim hoc censuisse.

(116) Leid. Sch. et MS. 1883 recte خدور.

عض (117) علي دعض تأوّد فوقه قمر تألّق تحت ليل مطبق
لو قيل للحسن احتكم (118) لم يعدها او قيل خاطبْ غيرها لم ينطق
فكاننا من فرعها (119) في مغرب وكاننا من وجهها في مشرق
تبدوا فهتف بالعيون صباوها الويل حل بمقلة لم تطبق (120)
ولو لا خوف الاطالة لذكرت كثيرا من شعره وكانت ولادته بالبصرة
في سكة صالح سنة ثلث وعشرين ومايتين ونشا بها وتعلم فيها
واخذ عن ابي حاتم السجستاني (121) والرياشي (122) وعبد الرحمن بن
عبد

---

(117) L. et MS. 1883 غصن. Recte. Iidem bene دعص.

(118) L. male أكتم. (119) L. فروعها. MS. 1883 في فرعها.

(120) Cum L. leg. تبروا et ضياوها, quod etiam habet MS. 1883, bene legens praeterea فيهتف. Sensus versiculorum, quorum primum hemistichium tantum expressit Scheid., hic esse videtur:

Frontis est candidae puella, cujus radios si vela remota soli orituro ostendant, non orietur.

Ramus est colli infixus arenaceo, supra quem incurvatur luna obscurâ nocte refulgens.

Si dicatur pulcritudini: judicium fer de ea! ipsam missam non faciet. Jamque ferunt aliarum obmutuisse procos.

Si comae rationem habeas, nobis vespera esse videtur, si vultus, sol oriens.

Perierunt (amatores)! *nam splendor ipsius oculis haec inclamat: Infortunium descendit in oculum qui non clauditur.*

Laudat poeta vs. 2. in puella staturae elegantiam, cum summo vultus candore conjunctam inter nigras comas refulgentis. Ad capillorum colorem respicitur quoque vs. 4. Carmen est formatum secundum Sp. VII. sive الكامل. Cf. Jones p. 40 sqq. Cler. C. XIV.

— — ∪ —	∪ — ∪ —	∪ ∪ — ∪ —	— — ∪ —	∪ ∪ — ∪ —	— — —
∪ ∪ — ∪ —	— — ∪ —	— — ∪ —	∪ ∪ — ∪ —	∪ — ∪ —	— — ∪ —
∪ — ∪ —	∪ ∪ — ∪ —	∪ ∪ — ∪		— — ∪ —	

(121) Grammaticus Abou Hatem Sahal ibn Mohammed Segestanensis obiit Basrae A. 248 (Chr. 862--3) sec. Herb. v. *Segestani* et Ibn Khal. n. 281, qui tamen alias quoque de mortis tempore affert sententias et vitam ejus exhibet, Cod. P. T. I. p. 335 sqq. Leyd. M. T. I. p. 364.

(122) Aboulfadhl Abbas Ibn al Faradj Arriaschi, Grammaticus insignis et Historiae peritus, occisus est a Zingis sive Nigritis Basram occupantibus A. 257 (Chr. 870--1), mense Schawalo, quamvis de anno dubitatur. Cf. (praeter Abulf. A. M. T. II. p. 240) Ibn Khal. n. 320; Cod. P. T. I. p. 380. Leyd. M. T. I. p. 562.

عبد الله المعروف (123) بابن اخي الاصمعي (124) وابي عثمان سعيد ابن
هرون (125) الاسناذداني (126) صاحب كتاب المعاني وغيرهم ثم
انتقل (127) البصرة مع عمه الحسين عند ظهور الزنج وقتلهم الرياشي (128)
كما سبق في ترجمته وسكن عمان واقام بها اثنتي عشرة سنة ثم عاد
الي بصرة وسكنها زمانا ثم خرج الي نواحي فارس وصحب ابني
ميكال وكانا يومئذ علي عمالة فارس وعمل لهما كتاب الجمهرة
وقلداه ديوان فارس وكان (129) تصدر كتب فارس عن رايه ولا ينفذ
امر الا بعد توقيعه فافاد معهما اموالا عظيمة وكان مفيدا مبيدا لا
يمسك درهما سخاء وكرامة (130) ومدحهما بقصيدته المقصورة فوصلاه
بعشرة الاف (131) درهم ثم انتقل من فارس الي بغداد ومثلها (132)
سنة ثمان وثلثماية بعد عزل ابني ميكال وانتقالها الي خراسان ولما
وصل

---

(123) المعروف omittit L. legens عبد الله بن اخي.

(124) De Abou Saido Abdol Malek cognomine Al Asmai cf. Herb. in v. *Asmai.* Abulf. A. M. T. II. p. 152. Ibn Khal. n. 389. Cod. Palm. T. I. p. 453 -- 456. Leyd. M. T. II. p. 27 sqq. Hic cum sec. plerosque A. 122 (Chr. 738 -- 9) natus sit, apparet Scheidiani Codicis lectionem falsam esse, qui Abdorrahmanum illum Ibn Doreidi praeceptorem, Asmaei fratrem facit.

(125) ابن ابي هرون habet Leyd. et Scheid.

(126) De hoc viro apud meos auctores nihil reperio. An is est Abou Otsman Saïd ibn Ismail, cujus vita in Ind. Ibn Khalicani n. 259 memorata, in solo Cod. Willm. exstat? Hoc si placeat, amplectenda lectio ابن ابي هرون. Grammaticus fuisse videtur ex titulo libri *Kitab al Mâani.* Cf. Herb. in v. Cognomen اسناندانى Arabico - Persicum esse conjicio. Forte *annis gravem* significat.

(127) Insere عن ex Leyd.

(128) Ex nota 122 nostrum A. 257 (Chr. 870 -- 1) Basra decessisse apparet. Tunc enim caesus est Arriaschi.

(129) L. كانت. Loci sensum non cepit S. Ibn Khalicani haec sententia est: *nostrum τῷ* ديوان الانشاء (la chancellerie) *praefectum, et legatis provinciae Persicae ab actis fuisse: ita ut acta publica ex illius consilio conscriberentur, ejusque sigillo* (توقيع) *munita emitterentur.*

(130) L. كرما. (131) والاف in Leyd. (132) L. ودخلها. Recte.

وصل الي بغداد انزله علي بن محمد الجواري (*132) في جواره وافضل عليه وعرّف الامام المقتدر خبره (133) ومكانه من العلم فامر ان يجري عليه خمسون دينارا في كل شهر ولم يزل جارية (?جراية an) عليه الي حين وفاته وكان واسع الرواية لم ير احفظ منه وكان يقرا عليه دواوين العرب فيسابق (134) الي اتمامها من حفظه وسال (135) عنه الدارقطني اثقة هو ام لا فقال تكلموا فيه وقيل انه كان يتسامح (136) في الرواية فيسند الي كل واحد ما يخطر له وقال ابو منصور الازهري اللغوي (137) دخلت عليه فراينه (138) سكران فلم اعد اليه وقال ابن شاهين كنا ندخل عليه ونستحي مما نري من العيدان المعلقة والشراب المصفي وذكر ان سايلا ساله شيا (139) فلم يكن عنده غير دن من نبيذ فوهبه له فانكر عليه

(132*) Hic ter Moktadero Khalifae Vezirus fuit, et ab eodem occisus est A. 312. (Chr. 924- 5), aetatis 71. Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 348 et not. hist. 288. Ibn Khal. n. 498. Cod. P. T. I. p. 598 -- 604. Leyd. M. T. II. p. 119 -- 123. In proximis S. male عرف in I Sp.

(133) L. خيرة. (134) فيسارع الي تمامها.

(135) L. bene سُئِل. Sic etiam Scheid. qui tamen ab hujus loci sententia aberravit. Nam Darokothnium de Ibn Doreido interrogatum esse, non de illo Ibn Doreidum, et verba Arabica docent et temporum ratio. Quippe designatur h. l. Aboul Hasan Ali ibn Omar Bagdadensis, cognominatus Al Darokothni (a دار القطن vico urbis Bagdadi), qui A. 306 (Chr. 918 -- 9), adeoque 15 annis ante Ibn Doreidi obitum natus est, et defunctus A. 385 (Chr. 995 -- 6). Fuit Sectae Schafeiticae doctor, juris peritissimus. Cf. Herb. v. *Darcathani* Abulf. A. M. T. II. p. 588. Ibn Khal. n. 445. Cod. P. T. I. p. 526. Leyd. M. T. II. p. 72. Verba quae sequuntur تكلموا فيه significant *de eo disputari*. (136) L. يقال — يسامح.

(137) Abou Mansour Mohammed ibn Ahmed, ab avo dictus Azharita, Jurisconsultus Schafeiticus, philologus insignis, natus A. 282 (Chr. 895 -- 6), obiit A. 370 (Chr. 980 -- 1). Cf. Herb. v. *Azhari*. Abulf. A. M. T. II. p. 548. Ibn Khal. n. 650. Cod. P. T. II. p. 172 sqq. Leyd. M. T. II. p. 279. (138) L. فوجدته.

(139) Lege شيء sine elif accusativi, et sic in reliquis quoque hujus libri locis. Cf. hac de re de Sacy G. A. T. I. p. 35. Versio hujus loci a Scheidio mirifice turbati haec est: *Memorat* (Ibn Schahin scil., de quo viro nihil nobis constat,) *mendicum aliquid ab eo petivisse, et Ibn Doreidum, qui nihil*

عليه احد غلمانه وقال نتصدق بالنبيذ فقال لم يكن عندي شي سواه ثم أُهدي له بعد ذلك عشرة دنان من النبيذ فقال لغلامه اخرجنا دنا فجاءنا عشرة وينسب اليه من هذه الامور شي كثير (140) وعرض له في راس التسعين (141) من عمره فالج سقي له الترياق فبري وصح ورجع الي افضل احواله ولم ينكر من (142) نفسه شيا (?) ورجع الي اسماع تلاميذه واملايه عليهم ثم عاوده الفالج بعد حول لغداء ضارّ تناوله (143) وكان يحرك يديه حركة ضعيفة وبطل (144) من محزمه (?) الي قدميه فكان اذا دخل عليه الداخل ضج وتألّم لدخوله وان لم يصل اليه قال تلميذه ابو علي اسمعيل بن القسم القالي المعروف بالبغدادي (145) المقدم ذكره وكنت (146) اقول في نفسي ان الله عز وجل عاقبه لقوله في قصيدته المقصورة المقدم ذكرها حين ذكر الدهر فقال

مارست من لو هوت الافلاك من جوانب الجوّ عليه ما شكا

وكان يصبح من (147) ذلك صياح من يمشي عليه او يُسل بالمسال والداخل بعيد منه وكان مع هذا الحال ثابت الذهن (148) كامل العقل يردّ فيما يُسال عنه ردا صحيحا قال ابو علي وعاش بعد ذلك عامين وكنت اساله عن شكوكي في اللغة وهو بهذه الحال فيرد (149) باسرع

hil praeter vini seriam haberet e dactylis confecti, hanc ipsi dedisse, aegre ferente quodam servorum, et an vino ad eleëmosynas uti deceret, rogante. Huic vero herus respondit, sibi praeterea nihil, quod daret, fuisse; et cum aliquanto post decem seriae ipsi dono missae essent: En, inquit servo, unam seriam erogavimus, decem contra accepimus. (140) Iterum hic erravit Sch. Tu verte: *Multa alia ejusmodi de eo referuntur.* (141) L. سبعين. (142) من omittit L.

(143) L. haec sic legit: جول بصار يتاوه له. (144) L. ثم بطل.

(145) L. بابن البغدادي. Altera lectio praeferenda videtur. De hoc autem viro nato A. 288 (Chr. 900) Menakerdae, defuncto A. 356 (Chr. 966–7) Cordubae, cf. praeter Herb. v. *Cali* Ibn Khal. n. 94. Cod. P. T. I. p. 111. Leyd. M. T. I. p. 134.

(146) L. وكتب. (147) L. لذلك. (148) L. بانت الدهر. (149) L. فرده.

باسرع من النفس بالصواب وقال لي مرة وقد سالته عن بيت شعر

لئن طفئت شحمتا عيني لم تجد من يشفيك من العلم (150)

قال ابو علي ثم قال لي وكذلك قال لي يا بنيّ ابو حاتم وقد سالته عن شي ثم قال لي ابو حاتم وكذلك قال لي الاصمعي وقد سالته قال ابو علي واخر شي سالته عنه (151) ان قال لي يا بني حال الجريض (152) دون القريض وكان (153) هذا الكلام اخر ما سمعته منه وكان قبل ذلك كثيرا ما يتمثل في ضعفه (154)

فوا حزني ان لا حياة لذيذة ولا عمل يرضي به الله صالح (155)

وقال المرزباني قال لي ابن دريد سقطت من منزلي بفارس فانكسرت

---

(150) Iterum haec male reddita a Scheidio. Neque enim, qui hic laudatur vs., is est, de quo Ibn Doreidum consuluit Abou Ali. Sed percontanti respondit Ibn Doreidus eodem, quo pari occasione Asmaeus et Abou Hatemus usi erant, versiculo: *Si exstinctae fuerint pupillae oculi mei: quanam in parte scientiae invenias, qui tibi medeatur?* Sic verte. Neque enim, cum Scheidio لم sed لم legendum est, hoc vocum ordine لم من العلم. Versus videntur esse Bacchiaci sive Speciei XV المتقارب (Jones l. l. p. 57 sq. Cler. P. A. C. XX); quamvis trochaeus, in quarta et septima sede, carminis legibus non respondeat. Schema hoc est:

⏑ — — | ⏑ — — | ⏑ — — | — ⏑ | ⏑ — ⏑ | ⏑ — — | — ⏑ | ⏑ — —

Prius hemistichium mihi desinit in ل vocis لم, cujus posterior syllaba hic ob omissam elif brevis esse potest, sicut prior in تجد longa ob elisam primam radicalem.

(151) L. paullo ante habet فاخر. Hic inserit فجاوبني.

(152) L. المريض. (153) L. فكان. (154) في ضعفه omiserunt L et S.

(155) Scheid. pro فوا حزني legisse videtur فواخذني. Nostram lectionem etiam Cod. L. et MS. 1883 (747) confirmant. Sensus est: *Per dolorem meum* (juro)! *nisi vita dulcis foret, et opus, quod Deo placet, probandum*; scil. violentas mihi manus inferrem. Metrum proxime superiori fere est simile sed emendatius:

⏑ — — | ⏑ — — | ⏑ — ⏑ | ⏑ — — | ⏑ — — | ⏑ — — | ⏑ — ⏑ | ⏑ — —

In primo hemistichio حزن legendum est pro حزني, ne molossus secundam sedem occupet. Deinde pronuntiandum *ladsidsat* et *saleh*.

فانكسرت ترقوتي فسهرت ليلتي فلما كان اخر الليل اغمضت (156) عيني فرايت رجلا طويلا اصفر الوجه كوسجا دخل عليّ واخذ بعضادتي الباب وقال انشدْني احسن ما قلت في الخمر فقلت ما ترك ابو نواس (157) لاحد شيا فقال انا اشعر منه فقلت من انت فقال انا ابو ناجية من اهل الشام (158) وانشدني

وحمراً قبل المزج صفراً بعده اتت بين ثوبي نرجس وشقايق
حكت وجنة المعشوق صرفا فسلطوا عليها مزاجا فاكتست لون عاشق (159)

فقلت له إسات العشرة (160) فقال ولِمَ قلت لانك قلت وحمرا فقدمت (161) الحمرة ثم قلت بين ثوبي نرجس وشقايق فقدمت الصفرة فهلا قدمتها علي الاخري (?) فقال وما هذا الاستقصاء في هذا الوقت يا بغيض (162) وجاء في رواية اخري ان الشيخ ابا علي الفارسي النحوي (163) قال

---

(156) L. غمضت.

(157) De hoc celebri poeta vid. Herb. v. *Abou Navas*. Abulf. A. M. T. II. p. 100 ibique nota hist. 99. Ibn Khal. n. 169. Cod. P. T. I. p. 209 sqq. Leyd. M. T. I. p. 245 etc. Natus est A. 145 (Chr. 762 -- 3) defunctus A. 195 (Chr. 810 -- 1). Verum viri nomen est Abou Ali Hasan ibn Hani.

(158) Quis hic poëta fuerit, et quando vixerit, non reperio.

(159) In pr. vs. pro اتت L. habet بدت; in vs. sec. pro وجنة Sch. وجه. Metrum exacte respondet speciei primae sive الطويل.

(160) العشرة ignorant L. S. et MS. 1883. Sensus esse videtur eum in vocabulis conjungendis errasse et bis idem dixisse; cum post rubedinis et flavi coloris mentionem, rubros iterum flavosque flores laudaverit. Locum tamen nonnihil turbatum esse censeo.

(161) L. قدمت. Mox omittit بين ثوبي.

(162) Haec quae sequuntur usque ad وتوفي omittit Sch. Vult auctor secundum alios hos versus ipsius Ibn Doreidi esse, eique ipso teste in somnis apparuisse Iblisum, qui eum collaudaverit gloriae Abou Nowasi invidentem; deinceps eadem illa carpserit, de quibus supra vidimus n. 160.

(163) النحوي omisit L. Qui hic commemoratur est Abou Ali Hosein (ut Abulf. habet), sive potius Hasan (ut Ibn Khal.), ibn Ahmed Persa, ex urbe Fasa oriundus, grammaticus celeber, au-

قال انشدني ابن دريد هذين البيتين لنفسه وقال جاءني ابليس في المنام وقال اغرت علي ابي نواس فقلت نعم فقال اجدت الا انك اسات (164) في شي ثم ذكر بقية الكلام الي اخره وتوفي يوم الاربعاء لاثنتي عشرة ليلة بقيت من شعبان سنة احدي وعشرين وثلثماية (165) ببغداد ودفن في المقبرة المعروفة بالعباسية من الجانب الشرقي (166) في ظهر (?) سوق السلاح من الشارع الاعظم (167) وتوفي في ذلك اليوم ابو هاشم عبد السلام بن ابي علي الجبائي المتكلم المعتزلي المقدم ذكره (168) فقال الناس اليوم مات علم اللغة والكلام (169) ويقال انه عاش ثلثا وتسعين سنة لا غير ورثاه جحظة (170) المقدم ذكره بقوله

فقدت بابن دريد (171) كل فايدة لما غدا ثالث الاحجار والترب
وكنت ابكي لعقد (172) الجود منفردا فصرت ابكي لعقد الجود والاب وحمامي

---

tor libri الايضاح. Natus est A. 288 (Chr. 900 -- 1) mortuus A. 377 (Chr. 987 -- 8) sive anno superiore. Cf. de eo Abulf. A. M. T. II. p. 484, 552. ibique not. hist. 403. et p. 562. Ibn Khal. n. 162. Cod. Palm. T. I. p. 202 sqq. Leyd. M. T. I. p. 238.

(164) L. اساتك. (165) L وثلاثماية.

(166) Significatur latus orientale Bagdadi: quod non satis apparet ex versione Scheidii. Hoc vocatur الرصافة sive عسكر المهدي. Cf. Sacy C. A. T. II. p. 43. n. 19.

(167) Quae praecedunt a ودفن usque ad الاعظم omissa in Leyd.

(168) Reperitur hujus viri mentio apud Ibn Khal. n. 393. Cod. P. T. I. p. 459. Leyd. M. T. II. p. 28. Adde Abulf. A. M. T. II. p. 378. Natus est A. 247 (Chr. 861 -- 2).

(169) Hic iterum male Scheid. quem non exscribo. Sensus est: *Eo die occidisse scientiam Linguae* (Ibn Doreidum), *et Dialectices* (Djobbaeum).

(170) L. جحظة, MS. 1883. خُحَطة. Hujus viri vitam apud Ibn Khal. nusquam invenio. Apud Abulf. A. M. T. II. p. 400, ubi vocatur جحط, ejus mors refertur ad A. 324 (Chr. 935 -- 6). Reiskius pro جحط conjicit جاحظ. Eo teste Hadji Khalifa habet جحزة. Mox Leyd. omittit المقدم ذكره.

(171) MS. 1883. يا ابن دريد.

(172) Hoc in vs. utrobique recte لفقد legunt Leyd. et reliqui, et in fine الادب. Caeterum

— (173) وحمامي — قال الامير ابو نصر بن ماكولا (174) وهو اول من اسلم من ابايه — وحمامي من جملة السبعين راكب الذين خرجوا مع عمرو بن العاص من عمان الي المدينة لما بلغهم وفاة رسول الله والقصة مشهورة (175) — وقوله حال الجريض دون القريض هذا مثل مشهور واول من نطق به عبيد بن الابرص احد شعراء الجاهلية لما لقي نعمان بن المنذر اللخمي اخر ملوك الحيرة (176) في يوم بوسه وعزم علي قتله وكان ذلك عادته فاحسن (177) به عبيد فاستنشده شيا من

---

rum versiculi pertinent ad speciem tertiam sive البسيط. Vid. Jones. l. l. p. 33 sqq. Cler. P. A. C. VIII. Schema est hujusmodi

⏑—⏑—	⏑⏑—	——⏑—	⏑⏑—	——⏑—	—⏑⏑—	——⏑—	⏑⏑—
	—⏑—			⏑—⏑—	—⏑—		

De Choriambo in sexta sede dubito: cum hic pes imparibus locis sit proprius. Fortasse contractio obtinet, ut pro *Tsaletsonol* legatur *Tsaletsol*. Tum erit Amphimacer.

(173) Hic nonnulla omisimus, quibus de recta nominis Ibn Doreidi aliorumque scriptione agitur. Quod vero de Hamamio sequitur, totum omisit Scheid.

(174) Abou Nasr Ali ibn Hebatallah dictus Ibn Makoula natus est A. 420 vel 421 (Chr. 1029--30), occisus a servis post A. 470 (Chr. 1077--8). Quo tamen loco id factum et anno non constat. Cf. Abulf. A. M. T. III. p. 248. Ibn Khal. n. 450. Cod. P. T. I. p. 530 sq. Leyd. M. T. II. p. 74 sq.

(175) L. وحمامي من — مشهورة omnia omittit. In his زاكبا pro راكب legendum est.

(176) Non fuit hic Noömanus Regum Hirensium postremus, (ut vertit Scheid.,) sed tres adhuc successores habuit. An lectio depravata, et reponendum من اخر? De fausto infaustoque die a Noömano observato, omnia nota e Pocockii Spec. H. A. p. 73 sqq. Ed. White. In origine tamen proverbii prodenda plurimum a nostro dissentit Meidanius n. 1139, haec verba primum prolata esse affirmans a juvene quodam poeseos studioso, quem pater initio a carminibus pangendis prohibuit, deinde moerore aegrotantem et morti jam vicinum ad versus faciendos hortatus est: hinc usurpari de eo, cui sero alicujus rei faciendae facultas conceditur, cum nihil prodest. Consentit Camus in v. جرض, addens juvenis nomen fuisse جوسن الكلابي.

(177) Ex versione Scheidii apparet eum recte legisse فاحسّ, uti etiam reperitur in MS. 1883.

من شعره فقال له حال الجريض دون القريض فسارت مثلا (178) — فكانه قال حالت الغصة دون انشاد الشعر — وعبيد — هو شاعر مشهور وكان في الولادة من اقران عبد المطلب بن هشام جد رسول الله ﷺ

§. V.

MSS. 1730 (282), 1731 (127) et 1732 (537) continent omnes partem aliquam libri celebratissimi مروج الذهب ومعادن الجوهر في تحف الاشراف من الملوك واهل الدرايات i. e. *Prata aurea et fodinae margaritarum continentes munera principum ex regibus et ex eruditis*; sive *ex religiosis*, si lectionem الديانات sequaris, in titulo MS. 1730 repertam, a quo Codice recensendo initium faciemus. Continet pp. 414 formae maximae. Satis bene scriptus est A. 963 (Chr. 1555—6), sed omissis punctis diacriticis magnam subinde difficultatem parit legenti. Post longiorem praefationem sequitur p. 6 Capitum index, in plerisque respondens illi, quem ex Codd. Parisinis edidit De Guignes Vir Celeb. in *Not. et Extr. des MSS.* T. I. p. 3 sqq. ubi usque ad p. 67 de totius operis ratione exponitur. In nostro tamen indice Caput 15, *de regibus Syriae*, deëst; quamvis in ipso opere reperiatur p. 117 sqq. Post C. 26 novum additur ذكر اخبار الاسكندرية وبنيانها وملوكها *de Alexandriae historia, illiusque aedificatione et regibus.* Cap. 28 et 29 inter se transposita sunt: deinde de Noukbard (Novogorod) peculiari capite agitur. Auctor libri Mesoudius, secundum V. C. De Guignes l. l. p. 6, Khalifarum historiam perduxerat ad Mothium lillah sive A. 336 (Chr. 947—8), quod Herbelotii et nostri quoque Indicis testimonio confirmatur. Codex vero desinit in Moawiae initiis. Additur in fine يتلوه ذكر معوية بن ابي سفيان بن حرب اول الجزء الثاني لمصنفة المسعودي. *Sequitur historia Moawiae ibn Abou Sofyan ibn Harb, principium partis secundae Scriptionis Mesoudii.* — MS. 1731 (127) continet pp. 300 formae quartae. Scriptura est inelegans, Mau-

(178) Duo extrema vocabula omisit L.

Mauritanica, nec tamen admodum lectu difficilis. In titulo haec Secunda pars libri esse dicitur: sed ab initio Codex est mutilus. Incipit ab historia necis Zobae reginae, quam Kosairus et Amrou ibn Adi, Djodaimae regis Hirensis caedem ulturi, occiderunt. Est illud medium Caput 36, et respondet Codici 1730 (282) p. 247. Desinit in extremo Yezidi ibn Moawiah Khalifatu. Quando scriptus sit non additur, sed valde antiquum esse censeo. — MS. 1732 (537) duo volumina complectitur in 4°. min. perspicuae scriptionis et vetustae, quamvis annus non additur. Librarius appellatur Mohammed ibn Kasem ibn Mohammed al Nowairi. Tomus prior continens pp. 360 desinit in extremo Capite 26 *de Aegypti regibus* etc. Tomus posterior, qui in titulo quartus vocatur, absolvitur pp. 340. Incipit a Khalifatus Alii ibn Abou Thaleb initiis, et pergit usque ad mortem Abdolmaleci. Caeterum apparet librarios horum Codicum, (qui excepto MS. 1730 omnes in Charta Orientali exarati sunt,) opus, prouti ipsis opportunum videbatur, in plures partes distribuisse, auctorem vero ipsum nullam divisionem instituisse. Quae Schultensius in *Hist. Joctanid.* ex Mesoudio edidit, ea, compluribus omissis, inde a p. 140—158 repetita sunt ex Cod. 1730 (282) p. 238—243; reliqua a p. 160—182 leguntur in eodem Cod. p. 285 extr. ad 291 pr. et in Cod. 1731 (127) p. 62—71. De auctoris autem Mesoudii vita et origine pauca tantum addere possum iis, quae De Guignes l. l. et Herbel. v. *Massoud* et *Massoudi* annotarunt. Nam vitam ipsius non habet Ibn Khalicanus; saltem nec in nostris reperitur exemplaribus, nec in suis invenisse videtur Abulfeda. Hanc enim solam caussam fuisse existimo, cur nullam de morte auctoris, saepius a se laudati, mentionem fecerit ad annum 346 (Chr. 957—8), quo defunctus est; cum de reliquis fere omnibus viris doctis, quos Ibn Khalic. memoravit, accurate referre soleat. Nec apud alios, quod sciam, multum reperitur, quod ad notissimi scriptoris historiam illustrandam faciat. Abul Mahasen item, qui in libro saepius jam allegato كتاب الكواكب الباهرة, quis quoque anno sit mortuus, accuratissime enotavit, hic igitur nihil de Mesoudii morte prodidit; in cujus tamen tempore definiendo cum Herbelotio consentit Schemsoddin Addzahabi MS. 1808 (428). Ad generis nobilitatem viri quod attinet, inter majores numerabat Ibn Mesoudum quendam e primariis prophetae sociis unum, a quo suum quoque cognomen traxerat: nam proprie Aboul Hasan Ali ibn al Hosein vocabatur. De tota Mesudiorum gente di-

dignus est, qui conferatur, Reiskius not. hist. 208 ad Abulf. A. M. T. I. p. 443, unde corrigendi sunt Herb. l. l., et de Guignes in titulo Excerpti ex *Moroudj addzahab* l. l.; ubi et nostrum male Al Khairi filium pro Al Hoseini filio appellavit, et ex Mesoudii proavis alios omisit, aliis falsa nomina tribuit. Tota generis series legitur in fronte Codicis 1730 (282); unde apparet nostrum fuisse abnepotem illius Abdorrahmani Mesoudici majoris, qui in stemmate Reiskiano est pronepos Abou Abdorrahmani Abdollae ibn Masoud socii prophetae. — De scriptis autem Mesoudii et doctrinae varietate, nonnulla scitu digna reperias in nota Celeb. Langlesii, in ejus *Supplementis ad Itinerarium Nordenii*, T. III. p. 292, et imprimis in praefatione ipsius Mesoudii in librum suum inscriptum كتاب التنبيه والاشراف, quam Gallice conversam, cum satis ampla illius operis notitia, inseruit Vir Celeb. de Sacy libro, qui appellatur *Notices et Extr. des MSS. etc.* T. VIII. P. I. p. 132—199. Restat ut extremo loco verbulum addamus de MS. 1738 (224) Persico, qui in Catalogo مروج الذهب ومعادن الجوهر لابن مسعود vocatur; ita ut nonnisi versio Persica esse videatur operis illius Mesoudici, de quo hoc capite disseruimus. Hunc autem titulum quomodo quis vel per somnium isti libello affingere potuerit, non perspicimus. Nam nomen illud nusquam apparet, historia ipsa ad decimum usque aerae Mohammedicae seculum producitur. Opus in praefatione et subscriptione diserte nominatur لب التواريخ, sive *medulla Chronicorum*, ut vix dubitari possit, quin hic habeamus celebratum illud compendium historicum, auctore Yahya ibn Abdollathif al Kazwini A. 960 (Chr. 1552—3) mortuo, quod toties laudat Herb., quem vide v. *Lebtarikh* et *Lobb al Taouarikh*. Adde P. de la Croix *Abregé de la vie des auteurs, dont on a tiré l'Histoire de Genghizcan* p. 529. Argumentum libri exacte respondet descriptioni Herbelotianae, nisi quod hic caput quartum sit quod ibi tertium. Continet, ut hoc obiter addam, Codex, in Charta Orientali A. 1055 (Chr. 1645—6) exaratus, pp. 202 formae oct. min.

§. VI.

MS. 1350 (85) الصحاح في اللغة تصنيف ابي نصر اسمعيل بن حماد الجوهري. *Integritas sermonis, liber compositus ab Abou Nasro Ismaële ibn Hammad Al*

Al Djeuhari. Notissimi Lexici Exemplar Leydense inter pauca elegantissimum est. Duobus continetur voluminibus formae quartae majoris, sive quatuor sectionibus, quarum prima ab Elif ad Dsal, altera ad extremam literam Ta, tertia ad finem literae Lam decurrit, quarta reliquas literas complectitur. Singulis praefigitur titulus graphice pictus et ornatus, subjicitur subscriptio, ex qua de veneranda codicis antiquitate judicium ferri potest. Librarius احمد بن محمد بن ابي المجد بن المرجاني ad primam notat sectionem, se illam in suos usus descriptam absolvisse Damasci, medio mense Dzul Kaâda A. 741 (Chr. 1340—1): quartae vero sectioni se finem imposuisse testatur mense Djomada priore A. 747 (Chr. 1346—7). Volumen prius continet pp. 1058 Chartae Orient., posterius 1038. Totus Codex accurate vocalibus instructus est. Radices suis locis rubro atramento in margine notavit librarius, et haud paucas adjecit notas ex aliis, ut mihi videtur, Grammaticis excerptas. Vitam Djeuharii neque apud Ibn Khalicanum, nec in reliquis Historiae Literariae auctoribus reperio, qui in Bibl. Lugduno-Batava servantur. Nonnulla de eo memorarunt Abulf. A. M. T. II. p. 618. Pocock. *Spec. H. A. p.* 351. Ed. nov. et Herbel. v. *Giauhari*, *Logat*, *Otrari* et *Sihah*; quorum testimonia partim collegit Scheidius in fronte Speciminis Djeuharii a se editi. Idem Scheidius ibid. particulam vulgavit vitae Djeuharii, ab Abou Abdolla Mohammede ibn Ahmed Adzdzahabi (quem male الزبيي vocat) conscriptae. In libris Dzahabii, quos hic habemus, non legitur; sed eandem nostro quoque Djeuharii Codici praefixam reperimus, partemque ipsius a Scheidio omissam hic subjungimus: وانفرد اهل مصر برواية الصحاح عن ابن القطاع فيقال انه ركّب له اسنادا وفي الصحاح اوهام قد عُمل عليها حواشٍ ۞ استولت السوداء علي ابي نصر حتي شد له دفين كجناحين وقال اريد ان اطير فضحكوا ثم طف وطار فتطحن وقد اخذ العربية عن ابي سعيد السيرافي وابي علي الفارسي وخاله صاحب ديوان الادب ابي ابراهيم الفارابي ويقال انه بقي عليه قطعة من الصحاح مسوّدة بيضها بعده تلميذه ابرهيم بن صالح الوراق فغلط في مواضع حتي قال في سقر هو بالاف واللام وهو يدل علي جهله

بسورة المدثر وقال ووضع مقدمة في النحو ايضا وله النظم الحسن فمنه قوله

اذا يونس في بطن حوت بنيسابور في ظلم العباد
فبيتي والفواد ويوم دجن سواد في سواد في سواد

قال جمال الدين علي بن يوسف القفطي مات الجوهري مترديا من سطح داره بنيسابور في سنة ثلث وتسعين وثلثماية ثم قال وقيل مات في حدود سنة اربعماية ۞

Soli Aegyptii As Sihahum legunt ex recensione Ibn Kathaâe (179). *Hunc vero ajunt nova auctorum testimonia libro inseruisse. In Sihaho loca sunt dubia, quibus explicandis notae marginales inserviunt. Melancholia sive delirium sic in Abou Nasrum invaluit, ut duas sibi tabulas ligneas alarum instar alligaret et se volaturum esse profiteretur. Quem cum risu exciperent* (qui audierant), *ipse brachia sustulit et volavit; sed* (casu suo) *corpus misere confregit. Linguae Arabicae scientiam acceperat ab Abou Saïdo Sirefensi et Abou Alio Persa* (180), *avunculoque suo, auctore Syntagmatis Doctrinae humanioris, Abou Ibrahimo Farabiensi* (181). *Particulam libri As Sihah in adversariis imperfectam reliquisse dicitur, quam, eo defun-*

(179) Aboul Kasem Ali ibn Djafar Saâdita, cognomine Ibn Kathâa, Siculus, Grammaticus illustris, natus est A. 433 (Chr. 1041--2), mortuus in Aegypto A. 515 (Chr. 1121--2). Cf. Herb. v. *Cat'haa*, Abulf. A. M. T. III. p. 416. — Ibn Khalic. n. 458. Cod. P. T. I. p. 451. Leyd. M. T. II. p. 80, ex adversariis suis refert Ibn Kathaâm ex regia Aglabitarum familia fuisse, qui locus ad illius gentis genealogiam illustrandam magnae utilitatis esse potest. Normannis Siciliam invadentibus Ibn Kathaâ in Aegyptum discessisse ibique reliquam vitae partem transegisse dicitur.

(180) De Abou Alio Hosein cf. n. 163. Qui una laudatur est Abou Said Hasan ibn Abdolla Grammaticus, Jurisconsultus, Geometra et Dialecticus. Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 542, qui eum A. 368 (Chr. 978--9) obiisse dicit, 84 annos natum, uti addit Reisk. in n. 397. Consentit Ibn Khal. n. 161. Cod. P. T. I. p. 201 sq. Leyd. M. T. I. p. 236. De urbe Siref vide Herb. in v. et Abulf. A. M. T. II. p. 590, ubi de morte Josephi Celeberrimi viri, qui hujus Hasani filius fuit, agitur.

(181) Verum hujus viri nomen nusquam reperire potui. Apud Ibn Khalic., Abulfedam aliosque historiae literariae scriptores nullus exstat Abou Ibrahimus, qui huc pertinere possit.

functo, in ordinem redegerit discipulus ejus Ibrahim ibn Saleh Al Warrak (182), *qui tamen in compluribus locis a vero aberravit; ita ut v. g. in voce* سقر (infernum) *scriberet, illam cum articulo componi, quo ignorantiam suam prodit Capitis Coranici, quod Al Modatstser inscribitur* (183). *Ait* (Dzahabius) *eum* (Djeuharium) *quoque scripsisse Introductionem in Grammaticam. Egregia illius sunt Carmina, in quibus hi sunt versiculi:*

Ego sum (ut) *Ionas in ventre piscis Nisaburae, propter hominum injustitiam:*
Nam domus mea et animus et tempestas pluviosa, triplicatae et cumulatae sunt tenebrae (184).

Ait Djemaloddinus Ali ibn Yousef Cophthita (185) *Djeuharium Nisaburae e tecto domus suae delapsum decessisse A.* 393 (Chr. 1002—3), *at secundum alios A.* 400 (Chr. 1009—10) *obiisse.* — Haec Dzahabius; cujus narratio repetita videri potest ex illius *Bibliotheca universali* laudata a Casirio in *Bibl. Arab.-Hisp.* T. I. p. 15; ubi Grammatici Djemaloddini Mohammedis Ibn Abdolla vita ex ea profertur.

§. VII.

(182) Hujus quoque vitam desideramus: ex sequentibus vero satis apparet eum non magno in pretio habitum fuisse. Nam licet verba Arabica ambigua sint, ad Ibrahimum ea potius quam ad Djeuharium pertinere, et ratio suadet et collatio loci As Sihahi, quem respexit Dzahabius. Ibi nempe recte legitur sine articulo سقر اسم من اسماء جهنم. Vitium igitur illud in sola lectum fuisse videtur corrupta editione Ibrahimi.

(183) المدثر est Cap. Cor. 74, in quo vox سقر bis occurrit (vs. 26 et 43) sine articulo. Adde Cap. 54, 48.

(184) Versiculorum sententia obscurior est. Hoc tamen constat, poetam incolis Nisaburae minime fuisse delectatum et, quidquid mali ibi pateretur, eorum injustitiae adscripsisse. Referendum videtur carmen ad speciem quartam sive الوافر, cujus varias sequitur anomalias. Schema hoc est:

∪ — — ∪ | ∪ — — (?) | ∪ — — | ∪ — — — | ∪ — — — | ∪ — —
∪ — — — | ∪ — ∪ ∪ — | ∪ — — |

(185) Herbelotio teste, voce *Cophti*, obiit A. 646 (Chr. 1248—9) et reliquit Grammaticorum Arabicorum vitas, hoc titulo: *Inba arrouat fi enba annahou* (انباء الرواة في انباء النحو). Sic enim illa legenda videntur, quae prostant apud Herb. l. l. et v. *Nahou.* In anno mortis Herbelotio consentit Aboul Mahasen, qui eum appellat الوزير الاكرم, et Halebi decessisse tradit. Apud Ibn Khalic. ejus vitam non invenio, quamvis huic quidem auctori Djemaloddinum nostrum imprimis notum fuisse infra ex Yakouti vita apparebit.

§. VII.

MS. 1454 (332) مجمع الامثال للميداني. *Collectio proverbiorum Meidanii.* Codex est nitidus; continet pp. 491 minutae scriptionis in folio minore. Exaratus est in urbe Prusa A. 1058 (Chr. 1648), a Mohammede ibn Schehaboddin Al Hosaini in Charta ordinaria. Titulo libri vacuum spatium reliquit librarius, sed eum Meidanius ipse prodit in praefatione, quae elegantissima est eadem et difficillima. Ibi inter alia testatur auctor se librum ex auctoribus quinquaginta, et quod excedit, excerpsisse. In his nominat Abou Obeidam et Abou Obeidum, Mofadhdhelosque duos, alterum Selmae, alterum Mohammedis filium, Asmaeum, alios; item Hamzam ibn ol Hasan, cujus totum fere opus in suum transtulit. Singulorum proverbiorum explicationes, et historias eo pertinentes, Obeid ibn Schariah, et Atha ibn Masâab, et Asscharki ibn Ol Kathami, aliique scriptores ipsi suppeditaverant. Totum opus in triginta capita dividitur, quorum viginti octo priora proverbia continent secundum literarum ordinem disposita: vigesimum nonum titulum habet في اسماء ايام العرب. *De nominibus dierum* (i. e. praeliorum) *Arabum:* trigesimum recenset dicta nonnulla et apophthegmata Mohammedis et quatuor Khalifarum priorum; item Ibn Abbasi, Abou Dardaae (درداء), Abou Dsorri, Omari ibn Abdolaziz, Hasani Basrensis aliorumque. Dolendum est auctorem in singulis Capitibus separatim digerendis nullum ordinem observasse: ita ut, si ex. gr. aliquod proverbium quaeras, quod a litera Sin incipiat, totum illius literae caput tibi evolvendum sit. Ad singularum literarum calcem enotantur proverbia comparativa, sive a comparativis initium ducentia, quorum radix ab illa litera incipit, cujus in fine leguntur. Sic, ut hoc utar, proverbium ابلغ من قس, *Eloquentior Cosso,* sub litera Be quaerendum est. His denique, in singulis capitibus, peculiari paragrapho subjunguntur المولدون, quam vocem obscuriorem per *Adagia recentiora* explicat Pocockius, uti ex versione Latina omnium proverbiorum Meidanii, ab eo olim confecta, novimus; cujus exemplar, ab H. A. Schultensio ex Oxoniensi Codice descriptum, servat Bibliotheca nostra Academica. In ea interpretatione, quam diligenti comparatione nostro Codici Arabico in plerisque respondere intellexi, numerantur adagia 5842; ipse vero Meidanius ultra 6000 esse dicit, illa, ut vi-

de-

detur, reliquis annumerans, quae in duobus postremis Capitibus, a Pocockio praetermissis, leguntur. — Apud Ibn Khalicanum reperitur vita Meidanii n. 60, ubi nonnulla auctorum loca laudavit Doct. Tydemannus, quibus adde Herbel. v. *Amthal* et *Nischabouri*, Casir. *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 212. In Cod. P. T. I. p. 68 coll. Leyd. M. T. I. p. 84, sic de auctore nostro exponitur ابو الفضل احمد بن محمد بن احمد بن ابراهيم الميداني النيسابوري الاديب كان اديبا فاضلا عارفا باللغة واختص بصحبة ابي الحسن الواحدي صاحب التفسير ثم قرا علي غيره واتقن فن العربية خصوصا اللغة وامثال العرب وله فيها التصانيف المفيدة وله (186) كتاب الامثال المنسوب اليه ولم يعمل مثله (187) وكان قد سمع الحديث ورواه وكان ينشد (188) واظنهما له

تنفس صبح الشيب في ليل عارضي فقلت عساه يكتفي بعذاري (189)
فلما فشا عاتبته فاجابني ايا هل يري صبح بغير نهار

وتوفي يوم الاربعاء الخميس والعشرين من شهر رمضان سنة ثماني عشرة وخمسماية بنيسابور ودفن باعلي (190) ميدان زياد بن عبد الرحمن وهي محلة في نيسابور والميداني — وهذه النسبة الي ميدان زياد بن عبد الرحمن وابنه سعيد بن احمد (191) كان ايضا فاضلا اديبا

---

(186) L. ومنها.

(187) L. addit في بابه كتاب السامي في الاسامي وهو جيد في بابه. Non male. De libro, qui hic laudatur, vid. Herb. v. *Meidani*, et infra n. 195.

(188) L. addit كثيرا et MS. 1883 (747) ibid. recte اظن انهما له.

(189) عارض et بعداري in L. et sq. vs. recte تري pro يري.

(190) L. باب علي. Mox بن عبد الرحمن omittit, et quae sq. usque ad نيسابور infra inserit post الرحمن.

(191) L. ابو سعد سعيد بن عبد الرحمن بن احمد : mox ايضا omittit.

أديبا وله كتاب الاسماء في الاسمي (192) وتوفي سنة تسع وثلثين وخمسماية

Aboul Fadhl Ahmed ibn Mohammed ibn Ahmed ibn Ibrahim Meidanius Nisaburiensis (dictus) *al Adib, fuit eruditus, excellens, linguae peritus. Privum sibi et peculiarem doctorem habuit Aboul Hasanum Wahidaeum Commentarii Coranici auctorem* (193). *Deinde alios quoque magistros audivit, optimeque calluit doctrinam Arabicam, imprimis quae linguam spectat et proverbia Arabum; qua de re egregios libros scripsit. Exstat adagiorum liber, ad eum auctorem referri solitus, cui, qui par sit, alius inter homines fertur nullus. Audiverat traditionem et docuerat. Cecinit hos versus, quos equidem ab eo compositos existimo:*

Illuxit aurora canitiei in maxillae meae nocte, illamque gena mea contentam fore putabam:

Cumque se diffunderet, amice expostulavi. Tum illa respondit: Vidistine auroram die carentem (194)?

Mor-

---

(192) L. الاسماء. Melius. In fine addit رحمه الله تعالى.

(193) Aboul Hasan Ali Al Wahedi quadruplicis in Coranum commentarii auctor, Nisaburensis, quando natus sit non constat: mortuus est in urbe patria A. 468 (Chr. 1075 -- 6). Cf. Abulf. A. M. T. III. p. 238. Ibn Khal. n. 449. Cod. P. T. I. p. 529. Leyd. M. T. II. p. 74. Herbel. v. *Vahedi.* Ex operibus illius ad Coranum spectantibus duo integra et unius fragmentum servat Bibl. Lugd. Bat. Primum est MS. 94 (621) اسباب النزول, sive *caussarum, ob quas singuli Corani versiculi coelo descenderint, expositio.* MS. 95 (953) vero alterum continet, inscriptum: كتاب الوجيز في تفسير القران العزيز, i. e. *Liber compendii de explicatione Corani Augusti.* Denique in MS. 163 (943) fragmentum legitur majoris Commentarii sive الوسيط, non in Suram الاعراف sive septimam, uti perperam in Catalogo legitur, sed in Suram الاحزاب sive trigesimam tertiam. Respondent hi tituli Ibn Khalicano magis, quam Herbelotio, qui sua fortasse ex aliis fontibus derivavit.

(194) Sententia versiculorum explicatione non indiget. Schema pertinet ad speciem الطويل sive primam:

∪ — ∪	∪ — — —	∪ — —	∪ — ∪ —	∪ — ∪	∪ — — —	∪ — ∪	∪ — —
∪ — —		∪ — ∪		∪ — —	∪ — — —		

In sexta sede vs. primi est epitritus primus, et in tertia vs. secundi amphibrachys, quia pronomen ي fere longum habetur. Cf. Freytag. in Annot. 106. ad *Excerpta ex Hist. Halebi.* Idem poeticae facul-

ta-

Mortuus est feria quarta, die vigesimo quinto mensis Ramadhani A. 518 (Chr. 1124—5), *et sepultus in superiore parte Hippodromi* (sive Meidan) *Ziadi ibn Abdorrahman, qui vicus est Nisaburae, unde Meidanii quoque cognomen traxerat. Filius ejus Abou Saâd Saîd ibn Ahmed etiam fuit vir egregius et eruditus, qui librum edidit de nominibus imponendis* (195), *et obiit A.* 539 (Chr. 1144—5). — Quae extremo loco de obitu filii apud Ibn Khalicanum leguntur, ea in MS. 1883 (747) ad patrem referuntur, qui ibi perquam ridicule A. 518. natus esse dicitur. Caeterum haec pauca tantum de Meidanio novimus, de cujus vita et obitu nullam in edito Abulfedae Chronico mentionem fieri mirum est, nisi hoc potius Codicis Leydensis vitio, quam auctoris in viris excellentibus celebrandis diligentissimi negligentiae, tribuendum sit. Quod paene omiseram, Co-

---

tatis in Meidanio documentum ex Cod. Pocock. 337. produxit H. A. Schultensius, in praefatione Speciminis proverbiorum Meidanii ex versione Pocockiana Lond. 1773, idque cum in reliquis quatuor Codd. Ibn Khalicani Oxoniensibus non reperiretur, Paroemiographo nostro abjudicandum censuit; qua de re procul dubio aliter pronuntiasset, si Parentis sui Codicem, nunc Palmianum, Leydensem Maurit. et librum Mohammedis Schemsoddini ibn Ahmed, qui inscribitur كتاب ذخاير الاثار في اخبار الاخيار (MS. 1883 (747), in Oxoniensi secessu inspicere potuisset. Hi enim omnes Meidanium Carminis auctorem memorant.

(195) Alii hoc opus patri adscribunt, quorum princeps est Herb. v. *Meidani*, quamvis a filio auctum esse ibidem narret, eidemque diserte attribuat v. *Ketab al Esma.* Paroemiographum, quem male *Abul fath* pro *Abul fadhl* appellat, auctorem quoque illius libri pronuntiat Casir. *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 175 (Cod. 598). Consentiunt, quantum ex Schultensii praefatione l. l. conjicere licet, Ibn Khalicani etiam Codd. Bodlejani, item Leyd. M. l. l. in n. 187. et ipsius operis exemplar Bibl. L. B. MS. 1389 (592). Verus titulus esse videtur كتاب السامي في الاسامي *Liber* (continens ea) *quae inter nomina eminent.* Sic enim scribunt, aut scribere voluerunt, (nostros si h. l. Ibn Khalicani Codices excipias), quos laudavimus, omnes. Cur vero Herbel. hunc titulum verterit: *Livre des noms propres et des Synonymes*, non perspicio. Neque enim verbis Arabicis, neque argumento haec interpretatio respondet. Est nempe Lexicon, in quo voces Arabicae Persice explicantur, eo qui in Djeuhario et Firuzabadio servatur, ordine. Sic saltem est habitus nostri Codicis, qui haud scio an multis nominibus differat ab Escurialensi. Quo magis rem considero, eo certius mihi esse videtur, Leydensi Manuscripto nonnisi compendium contineri majoris operis a Casirio descripti, et secundum rerum varietatem in varia Capita divisi. Ampliorem vero disputationem ab hoc loco alienam, et integro Codicum Catalogo servandam, hoc negotium desiderat.

Codex noster duorum virorum, de literis Orientalibus immortaliter meritorum, studiis inserviit, Reiskii, qui eum descripsit et emendationes suas passim margini allevit; et H. A. Schultensii, qui, cum totum Meidanium ex eo edere constituisset, immatura morte occupatus, Proverbia tantum 454 editioni parata reliquit, quae, curante Celeb. Schroedero, in lucem emissa sunt Lugd. Bat. 1795. Haec si excipias, nihil fere ex Meidanio est editum, praeter pauca proverbia a VV. DD. in commentariis suis laudata, et specimen versionis Pocockianae, sed admodum levis momenti, a D. Macbride, Universitatis Oxoniensis socio, insertum operi, quod inscribitur *Fundgruben des Orients*, T. I. p. 400. III. p. 196. 288. 381. IV. p. 154.

§. VIII.

MS. 1805 (343) كتاب ذكر الغزوات الضامنة الكاملة والفتوح الجامعة
الحافلة الكاينة في ايام الخلفاء الاول (?) الثلثة ابي بكر الصديق
وابي حفص عمر الفاروق وابي عمرو ذي النورين عثمن المشتملة عليها
من خلافتهم الساكنة الوادعة المقترنة بها بركة ايامهم الناهضة
الصادعة المصاقبة لمغازي رسول الله صلعم وفتوحه الهادمة لما استطال
من مباني الشرك وصروحه الموسسة لما اعتلي من مغاني التوحيد وعمايره
المثبتة لكلمة الاسلام الي لف (سلف .l) الدهر وغابره مما امر بنظمة
وتصنيفه وجمعه وتاليفه الخليفة الامام الموفق المسدد المظفر المويد
المنصور الناصر لدين الله امير المومنين ابو يعقوب بن الخليفة الامام
امير المومنين مدّ الله في افاضة انوارهم واعلاء منارهم واطالة
اعمارهم واعزاز حماتهم وانصارهم واعلامهم علي جميع الامم واظهارهم
ملتزم خدمتهم وشاكر نعمتهم الامام الاوحد المفنن عبد الرحمن بن
محمد بن عبد الله بن يوسف بن حبيش رحمه الله

Liber commemorans Expeditiones (omnia) *complexas, perfectas, et victorias corradentes, plenas, quae acciderunt tempore Khalifarum trium priorum, Abou Becri Asseddik,*

dik, *et Abou Hafs Omar Alfarouk*, *et Dsul Noureini Otsmani*, *quas complectuntur spatia Khalifatus eorum placidi*, *mansueti; quibuscum conjuncta fuit aevi eorum benedictio*, *efferens sese et diffundens; quaeque secutae sunt expeditiones et victorias Prophetae Dei diruentes*, *cum praevaleret aedificiis idololatriae*, *et castris ejus bene fundatis*, *cum immineret ex mansionibus Attawhid* (sive confessionis de unitate Dei), *et munitionibus*, *quae*, *et praeterito tempore et futuro*, *fidem Moslemicam stabiliunt. Est ex illis* (libris), *quos conseri*, *conjungi*, *colligi et componi jussit Khalifa Imamus*, *secundatus*, *fortunatus*, *victor*, *roboratus*, *Augustus*, *juvans religionem Dei* (Al Naser ledinillah), *Princeps fidelium*, *Abou Yacoub filius Khalifae Imami*, *Principis fidelium. Horum* (hujus gentis Regum) *luminibus diffundendis*, *et lucerna extollenda*, *et vita producenda*, *et defensoribus*, *adjutoribus vexillisque eorum adversus omnes gentes roborandis et juvandis*, *Deus fulciat eum*, *qui eorum se addixit servitio*, *et grato eorum beneficia agnoscit animo*, *Imamum unicum*, *variis doctrinae generibus excultum*, *Abdorrahmanum ibn Mohammed*, *ibn Abdolla ibn Yousef ibn Hobais*, *cujus misereatur Deus*. — Integrum titulum descripsi, quia et argumentum libri, et nomen auctoris, et Princeps, quo imperante floruit, inde cognoscuntur; quae res eo majoris est momenti, quo rarior apud Orientales hujus Abdorrahmani reperitur mentio. Equidem qui illius vel nomen memoraret, hucusque vidi neminem, praeter Casirium in *Bibl. Arab. Hisp.* T. II. p. 138, ubi Hispalensis fuisse dicitur, qui juris scientia et multiplici eruditione excelluerit, et tam dicendo quam scribendo inclaruerit. Annus mortis ipsi assignatur 584 (Chr. 1188—9). Brevis autem illa notitia repetita est ex Arabum Hispanorum historia literaria, quae auctorem habet Ahmedem ibn Yahya Adhdhobium Cordubensem, et titulum, كتاب بغية الملتمس في تاريخ رجال اهل اندلس, *Liber desiderii inquirentis in historiam virorum populi Hispanici*. Qui in fronte libri memoratur Khalifa Naser ledinillah, hunc, fortuita aetatis convenientia deceptus, facile quis haud diversum censeat a Khalifa illius nominis Abbasitico, qui ab A. 575 (Chr. 1179—80) ad A. 622 (Chr. 1225) imperium tenuit. Nam quod alter Aboul Abbasi, alter Abou Yacoubi praenomen habuit, id huic conjecturae obstare non videtur; cum saepe accidat, ut quis a duobus filiis duplex praenomen adipiscatur. Cf. Index Ibn Khalic. n. 379, 385, 623 etc. At longe meliora edocemur ipsius Abdorrahmani in praefatione testimonio: ubi

primum exspatiatur in laudes Abou Abdollae Mohammedis Ibn Abdolla Al Mehdii, Imperii Mowahhedinorum conditoris; deinde celebrat Abou Mohammedem Abdol Moumenum ibn Ali ejusque filium, qui iisdem ibi honoris titulis atque in fronte libri insignitur, Abou Yakoubum. Secundum ergo hujus dynastiae principem, Abou Yacoubum Yousefum, hic significari certum est, qui ab A. 558 (Chr. 1162—3) ad A. 580 (Chr. 1184—5) in Africa et Hispania regnavit. Hunc et reliquos ejusdem familiae principes *Khalifas* salutari voluisse, licet mihi quidem aliunde non constet; id tamen de illis exspectari potuit, qui sacrum illud *Principis fidelium* nomen sibi adsciscere haud dubitassent, quam rem ipsi quoque nummi confirmant. Cf. Adler *Coll. nova. Num. Cuf.* p. 140. Titulo libri subjungitur annotatio, quam ab ejusdem aevi viro profectam, et memoria non indignam, hic produximus شاهدت تحت هذه الترجمة ما مثاله صرفا بحرف سمعته من لفظ مصنفه وحضرت في المجلس العالي حين أُمر بجمعه وذلك بحضرة مرّاكش وولاه في ذلك اليوم قضاء مدينة مرسية الا انه روي في هذا الكتاب عن جماعة من الوضاعين (?) والمتروكين سمح الله لنا وله ولجميع المسلمين قاله اصغر عبيد الله ذو النسبين ابو الخطاب بن حسن بن علي سبط الامام ابي البسام الفاطمي الحسيني الكوفي ۞

Testor ad calcem hujus Capitis, quod cum eo, literis mutatis, conveniat; me et ab auctore (idem) *audivisse, et praesentem adfuisse consessui augusto, ubi hujus libri conficiendi mandatum accepit: quod factum est in urbe regia Maroccana, eodemque die, quo urbis Murciae judicem ipsum constituit* (Princeps). *Verum in hoc libro traditiones derivavit a nonnullis, quorum auctoritas despicitur et negligitur. Clementia sua et nos et illum et omnes Moslemos complectatur Deus. Hoc dixit infimus servorum Dei Dzoul Nasbein* (sive duplici stemmate praeditus) *Aboul Khetab ibn Hasan ibn Ali* (196), *nepos Imami Aboul Basami Fathemidae Hosainici Cufensis.*

Co-

(196) Nomen pp. hujus viri, A. 544 (Chr. 1149--50) vel 546 (Chr. 1151--2) Valentiae nati, A. 633 (Chr. 1235--6) Kahirae defuncti, est Omarus, qui, cum inter paternos avos numeraret Dahiam

Codex Abdorrahmani, ex quo et titulum ampliorem et notam ei subjectam derivavimus, complectitur pp. 485 in folio minori et in Charta Orientali exaratus est A. 851 (Chr. 1447—8) a Mohammede ibn Sadakah Malecita بالمدرسة الناصرية بين القصرين لمالكه — الشيخ الامام العالم العلامة برهان الدين ابرهيم بن الشجاع زين الدين عمر بن حسن الرباط بن علي بن ابي بكر البقاعي الشافعي. *In Collegio Naseritico, inter duas arces, in gratiam Domini sui, Doctoris, Imami sapientis, Viri eruditissimi Borhanoddini Ibrahimi ibn Aschschedjaâ Zeinoddin Omar ibn Hasan Arrobaat ibn Ali ibn Abou Becr Bakaënsis Schâfeïta.* Quae subscriptio duabus de caussis est memorabilis, et loci gratia ubi Codex exaratus est, et viri, in cujus usum id factum dicitur. Nam licet urbis nomen reticeatur, verba tamen, *in Collegio Naseritico inter duas arces*, aperte ostendunt Kahiram hic designari. Quippe Bein al Kasrein (sive *inter duas arces vel palatia*,) vicus est illius urbis nobilissimus (197), cu-

---

hiam (نحية) Celbitam prophetae socium, et maternum genus per Aboul Basamum Mousam ad Alium ibn Abou Thaleb referret, ob geminam nobilitatem *Dzoul Nasbein* dictus est. Cf. Ibn Khal. n. 508. Cod. Palm. T. I. p. 615. Leyd. M. T. II. p. 132, ubi ejus itinera per totum orbem Moslemicum recenset, eumque varia eruditione inclaruisse dicit.

(197) Digna est, quae magnam partem hac occasione ex amplissimo Makrizii thesauro proferatur, vici illius descriptio (cf. MS. 1782 (276) p. 497 sq. et MS. 1784 (372) T. II. p. 253 sq., cujus auctoritatem imprimis secuti sumus.). Vocatur autem proprie خط بين القصرين, cujus nominis ratio magis ex ipso Makrizio, quam ex Lexicis, apparebit. Nam initio Capitis, quod inscribitur ذكر اخطاط القاهرة وظواهرها distinguit خط ab حارة, quem antea *vicum* esse definiverat *continuis aedificiis constantem*, et a درب *via*, ita ut خط inter hoc et illud medium esse, et quodammodo Latino *Regio urbis* respondere videatur. Haec pauca de vocabulo minus cognito monenda esse duximus. Jam ipsa sequuntur verba Makrizii.

خط بين القصرين

هذا الخط اعمر اخطاط القاهرة وانزهها وقد كان في الدولة الفاطمية فضاء كبيرا وبراحا واسعا يقف فيه عشرة الاف من العسكر ما بين راجل وفارس ويكون به طرادهم ووقوفهم للخدمة كما هو الحال اليوم في الرميلة تحت قلعة الجبل فلما انقضت ايام الدولة الفاطمية وخلت القصور من اهاليها ونزل بها امراء الدولة الايوبية وغيروا معالمها صار هذا الموضع سوقا مبتذلا بعد ماكان

ملاذا

cujus situm obiter indicat Abulf. A. M. T. V. p. 336, dicens se cum Kahiram venisset, diversatum esse apud Judicem Kerimoddinum داخل باب زويلة بالقرب الـي دين

ملاذا مبجّلا وقعد فيه الباعة باصناف الماكولات من اللحمان المتنوّعة والحلاوات المصنّفة والفواكه وغيرها فصارت متنزها تمرّ فيه اعيان الناس واماثلهم في الليل مشاة لروية ما هناك من السرج والقناديل الخارجة عن الحد في الكثرة ولروية ما تشتهي الانفس وتلذ الاعين مما فيه لذة للحواسّ الخمس وكانت تعقد به عدة خلق لقراة السير والاخبار وانشاد الاشعار والتفنن في انواع اللعب واللهو فيصير مجمعا لا تقدر قدره ولا تمكن حكاية وصفه وساتلو عليك من انباء ذلك ما لا تجده مجموعا في كتاب * قال المسبحي في حوادث جمادي الاخرة سنة خمس وتسعين وثلثماية وفيه منع كل احد ممن يركب مع المكاريين ان يدخل من باب القاهرة راكبا ولا المكاريين ايضا بحميرهم ولا يجلس احد علي باب الزهومة من التجار وغيرهم ولا يمشي احد ملاصق القصر من باب الزهومة الي اقصي باب الزمرد ثم عفي عن المكاريين بعد ذلك وكتب لها امان قري وقال ابن طوير ويبيت خارج باب القصر في كل ليلة خمسون فارسا فاذا اذّن العشا الاخرة داخل القاعة وصلي الامام الراتب بها بالمقيمين فيها من الاستاذين وغيرهم وقف علي باب القصر امير يقال له سنان الدولة بن الكركندي فاذا علم بفراغ الصلاة امر بضرب النوبتان (النوبتين l.) من الطبل والبوق وتوابعهما من عدة وافرة بطريق مستحسنة مدة ساعة زمانية ثم يخرج بعد ذلك استاد برسم هذه الخدمة فيقول امير المومنين يرد (يرد l. MS. 1782.) علي سنان الدولة السلام فيصقع ويغرس حربة علي الباب ثم يرفعها بيده فاذا رفعها اغلق الباب وسار حوالي القصر سبع دورات فاذا انتهي ذلك جعل علي الباب البيّاتين والفراشين المقدم ذكرهم وانضوي المؤذنون الي خزانتهم هناك وترمي السلسلة عند المضيق اخر بين القصرين من جانب السيوفيين فينقطع المارّ من ذلك المكان الي ان تضرب النوبتية سحرا قريب الفجر فتنصرف الناس من هنالك بارتفاع السلسلة — وقال ابن سعيد في كتاب المغرب والمكان الذي يعرف في القاهرة بين (ببين l.) القصرين وهو من الترتيب السلطاني لان هناك ساحة متّسعة للعسكر والمتفرجين ما بين القصرين ولو كانت القاهرة كلها كذلك كانت عظيمة القدر كاملة الهيبة السلطانية *

VICUS BEIN AL KASREIN.

Hic omnium Kahirae vicorum et populosus est maxime et amoenissimus. Fathemidis rerum summam obtinentibus erat, campus apertus, et locus incultus atque late patens, ut decem millia equitum peditumve ibi consistere, quin etiam per speciem pugnae inter se confligere et lustrari (?) possent: quemadmodum illud hodieque in Romeilah infra arcem montanam fieri solet. Cum vero tem-

بين القصرين, *intra portam sive vicum Zoweilae*, *prope* (vicum) *Bein al Kasrein.* Locus iste nomen traxerat a duobus palatiis sibi invicem oppositis, (قصران متقابلان), quae

---

والمملوك ينبغي ان لا يزيل هذا الهدر الذي مضي الا النظر اليه بعين الرضي (352) ولراي المولي الوزير الصاحب كهف الوري بالمشارق والمغارب فيما يلاحظه فعادة مجده منه مزيد مناقب ومراتب والسلام ۞ ولقد طالت هذه الترجمة بسبب طول هذه الرسالة ولم يمكن قطعها (353) وكانت ولادة ياقوت المذكور في سنة اربع او خمس وسبعين وخمسماية ببلاد الروم هكذا قاله وتوفي يوم الاحد العشرين من شهر رمضان سنة ست وعشرين وستماية في الخان بظاهر مدينة حلب حسبما قدمنا ذكره (354) في اول هذه الترجمة رحمه الله تعالي وكان قد

---

qui in caeteris ultimo loco ponitur, in A. et L. est من جاء pro مزجا. In vs. 5 B و يبق et L. الكاس. (352) الرضا B. Paullo ante ينفق pro يزيل omnes. القدر A. Deinde B legit وله اي المولي. Tum recte بعادة مجده منه. L. pro بعادة habet بحضرة et مرتد pro مزيد.
(353) L. وقد طالبته هذه الترجمة نسب طول الرسالة ولم يكن قطعها. Secundum هذه etiam omittit A, totam pericopen B, qui hic in brevi commemoratione temporis, quo natus sit et obierit Yakoutus, desinit. Tum L. addit sqq. (l. الموصلي) وقال صاحبنا الكمال بن الشاعر الموصل في كتاب عقود الجمان انشدني ابو عبد الله محمد بن محمود المعروف بابن النجار البغدادي صاحب تاريخ بغداد قال انشدني ياقوت المذكور لنفسه في غلام تركي قد رسبت عينه وعليها وقاية سوداء

ومولد الترك تحسب وجهه بدرا يضي القا (القي) بسناه بالاشراق
ارخي علي عينه فصل وقايته ليردّ فيها عن العشاق
تالله لو ان التوابع دونها تعدت فهل لوقاية من واق

(354) L. بدحناه.

قد وقف كتبه على مسجد الزيدي (355) الذي بدرب دينار ببغداد وسلمها الى الشيخ عز الدين ابي الحسن علي بن الاثير صاحب التاريخ (356) فحملها الى هناك ولما تميز ياقوت المذكور واشتهر سمي نفسه يعقوب وقدمت حلب للاشتغال بها في مستهل ذي القعدة سنة وفاته وكان عقيب (357) موته والناس يثنون عليه ويذكرون فضله وادبه ولم يقدر لي الاجتماع به والله اعلم

Abou Abdolla Yakout ibn Abdolla genere et natu Graecus, Hamateni domini servus (358), *Bagdadensis domicilio, cognomine Schehaboddinus, puer adhuc e terra sua natali in captivitatem abductus, et Bagdadi a viro mercatore Hamateno, qui Asakeri nomine notus erat, emtus est. Hic eum in ludum literarium misit, quo postea in commercii sui rationibus ordinandis illius opera uteretur. Nam ipse quidem herus Asaker nec bene scribere, nec, praeter mercaturam, aliud quidquam didicerat. Sedem vero fixerat Bagdadi, ibique uxore ducta complures liberos procreaverat. Cum Yakoutus adolevisset, nonnulla ad Grammaticae et Linguae scientiam pertinentia legit; herus vero ipsum itineribus, mercaturae suae gratia suscipiendis, occupatum habuit. Ergo ultro citroque Caisum* (359), *Omanam, et in alia illarum regionum loca commeavit rediitque in Syriam. Deinde inter eum et herum simultas intercessit, unde is eum manumit-*

---

(355) A. الزيد. L. الزيدي. (356) A. addit المذكور. L. الكبير et paullo ante بن الحسن بن الاثير (357) L. عقب. In fine A. omittit والله اعلم, sicut L. qui ultima sic legit ولم يقدروا الى الاجتماع. (358) Apparet ex hoc loco, quo jure Yakoutus ab omnibus Hamatenus appelletur. Nam veram hominis patriam ignorantes, locum natalem heri illius, in cujus familiam transierat, servo etiam Orientales attribuerunt. Quae res a Viris Doctis non satis observata est, in quibus, ut de reliquis taceam, Koehlerus in *Repert.* l. l. diserte ex Ibn Khalicano retulit Yakoutum Hamatae natum, hinc vero tenera aetate Bagdadum in captivitatem abductum esse.

(359) Lexicon Geogr. MS. 1703 (295) كيس تعجيم قيس جزيرة في وسط البحر تعد من اعمال فارس تعد (وتعد) من اعمال عمان *

Caisus barbara scriptio (?) *vocis Kais* (قيس). *Insula est in medio mari* (sinu Persico), *quae partim ditioni Persidis, partim Omanae accensetur.* Idem in v. قيس sic habet وقيس جزيرة في

mittere et amovere coactus est. Hinc libris mercede describendis operam dedit, et ex lectione scriptorum magnam utilitatem percepit. Multo tamen interjecto tempore herus se iterum ad Takoutum applicuit, eique nonnihil pecuniae attribuit et Caisum eum ablegavit. Ab itinere redux herum mortuum invenit, et partem facultatum, quae in ipsius potestate erant, collegit, eaque conjugi liberisque defuncti tributa, illos contentos habuit. Reliquam partem, in manu sua relictam, summam sibi principalem esse voluit, et cum ea peregre profectus, inter alias merces, libris quoque coëmendis et distrahendis incubuit. Adversabatur Alio ibn Abou Thaleb, quem acceptum habeat Deus. Legerat enim aliquid ex Kharedjitarum (360) *libris, illiusque doctrinae haud contemnenda pars animo ipsius inhaeserat. Cum ergo A.* 613 (Chr. 1216—7), *Damascum venisset, et in quodam vico consedisset, cum viro aliquo, ejusdem Alii fautore, disputare coepit. Ibi inter ambos sermones agitati sunt, qui tandem eo devenerunt* (361), *ut noster illicita ratione Alii mentionem faceret. Tum vero plebs tanto cum impetu in eum consurrexit, ut parum abfuerit, quin interficeretur. Elapsus Damasco fuga se proripuit. Pervenerat enim rei fama ad urbis rectorem* (362) *qui ipsum quaeri jus-*

في بحر عمان ويسمي كيس دورها اربعة فراسخ مدينة مليحة النظر ذات بساتين وعمارات جيدة وهي مرقا مراكب الهند وبر فارس وبها مغاص اللولو*

Kaisus etiam insula in mari Omanico, quae alias Caisus appellatur. Ejus circuitus est parasangarum quatuor. Urbs est pulcra adspectu, hortis egregiisque aedificiis ornata. Portus est navium Indicarum et terrae Persicae. Ibi margaritae e fundo maris urinando extrahuntur.

(360) *Kharedjitae* sive rebelles oppositi sunt *Schiitis*. De hujus sectae origine et doctrinae cf. Pocock. *Specimen Hist. Arab.* p. 267--268 Edit. White. Adde Abulf. A. M. T. I. p. 314--326 et 332 sqq. Elmac. p. 39 et 42. Abulfar. H. D. p. 189 et 191 A. Mouradgea d'Ohsson *Tabl. de l'Emp. Othom.* T. I. p. 34 Ed. in folio.

(361) ادّي الي ذكره عليا. Sic A. et P. At omnino pronuntiandum sine Teschdid, in prima specie, quae cum الي constructa *pervenire* notat. Vid. Willmetii V. C. *Lexic. Arab.* in v. Eadem vitiosa scriptio reperitur in Abulf. A. M. T. III. p. 108, 130. T. IV. p. 624.

(362) An designatur Al Malec al Moaddham Scharfoddin Isa filius Al Maleci Al Adeli, fratris Saladini, qui a patre suo, Sultano Aegyptio, Damasco praefectus est A. 597 (Chr. 1200--1) et in ejusdem urbis principatum post mortem patris successit A. 615 (Chr. 1218--9), Abulf. A. M. T. IV. p. 184, 270?

iussit, nec tamen reperire potuit. Hinc metu perculsus, Halebum abiit noster, ut (ibi de rebus suis) *dispiceret. Mox Halebo egressus decade prima vel secunda Djomadae posterioris A.* 613 (Chr. 1216—7) *transiit Mausalam, unde primum Arbelam, dein in Khorasanam, perrexit, Bagdadum vitans. Verebatur enim ne a viro, quocum Damasci disputaverat, Bagdadensi, sua* (in Alium) *dicteria eo translata essent, eaque de caussa in vitae discrimen incideret. Cum in Khorasanam pervenisset, ibi substitit, illisque in provinciis mercaturam exercuit, et in urbe Merou aliquamdiu haesit; donec Nesam* (363), *et inde in Khowarezmiam, se transferret. Hic dum versatur, offendit ipsum A.* 616 (Chr. 1219—20) *Tatarorum invasio. Ergo solus effugit, non aliter ac si supremi judicii die e sepulcro suo evocatus esset; qua in fuga tantas angustias molestiasque perpessus est, ut vel sola earum narratione defatigaretur; devenitque Mausalam, omnibus ad vivendum necessariis orbatus, ut vilissimo etiam cibo, asperrimaque veste careret. Aliquantum Mausalae moratus Sandjaram profectus est, tum Halebum; ubi extra urbem in diversorio egit usque ad mortem, quae tempore mox indicando accidit. Ex Chronico Arbelae, in quo conflando elaboravit Aboul Barakaat ibn Al Mostawfa su-*

---

(363) De hac urbe vide auctt. l. l. n. 78 et adde Lexicon Geogr. MS. in v. نسا بفتح اوله
والقصر هو اسم بلد كان سبب تسميها بهذا الاسم ان المسلمين لما وردوا خراسان قصدوها فلما اتوها
فلا (فلم l.) يروا بها رجلا فقالوا هولاء نساء والنساء لا يقابلون (يقابلن l.) فتنسي (فينسي l.) امرها
الي ان تعود رجالها وتركوها ومضوا وهي بخراسان بينها وبين سرخس يومان وبينها وبين ابنورد
(ابيورد l.) يوم وبينها وبين نيسابور ست او سبع وهي مدينة وبية جدا يكثر بها خروج العرق
المديني (?) حتي انه في الصيف قل من ينحوا (ينجو l.) من اهلها *

Nesa cum fatha primae syllabae et litera quiescente (in fine), *nomen est oppidi, quod hac de caussa sic appellatum est. Cum Moslemi primum in Khorasanam venissent, ad hanc urbem contenderunt, eoque progressi, nullos ibi viros repererunt. Ergo dixerunt: Hae sunt mulieres,* (Nesa) *quae nobis obsistere non audent; earumque negotium omittendum est, donec viri redeant. Itaque illam reliquerunt et discesserunt. Est urbs sita in Khorasana. Distat a Serkhasa biduum, ab Abyourda unius diei, a Nisaboura vero sex vel septem dierum iter. Admodum maligna ibi loci est aëris temperies, et frequens eruptio sudoris . . . . . , ita ut perpauci civium aestivo tempore malum effugiant.*

supra memoratus (364), *excerpsi*, *Takoutum*, *de quo nunc sermo est*, *venisse Arbelam mense Redjebo A.* 617 (Chr. 1220 — 1), *antea in Khowarezmia degisse; unde ob pugnam inter Tataros*, *et Sultanum Khowarezmiae Mohammedem ibn Takasch Khowarezm Schah*, *commissam*, *discesserit. Inquisiverat in temporum rationes et librum scripserat*, *hoc titulo: Directio prudentium ad cognoscendos Eruditos*, *quem quatuor magnis voluminibus complexus erat. In operis initio sic loquitur:* „ *Equidem in hunc librum congessi*, *quod mihi occurrit ex rebus Grammaticorum et linguae peritorum*, *Etymologorum*, *lectorumque Corani celebrium*, *nec non ex historia tam Chronistarum*, *quam aliorum scriptorum notissimorum*, *et scribarum celebratorum*, *item epistolographorum* (365), *quorum opera in unum corpus relata sunt; eorum etiam ad quorum auctoritatem diversae et illustres scripturae species referuntur* (366) *omniumque qui de literis humanioribus scripserunt*, *librosque composuerunt. Quamvis autem haec in compendium redigenda esse censui*, *summum tamen brevitatis culmen assequi non licuit. Neque labori peperci in accurate definiendo tempore*, *quo quisque decessit et natus est*, (aliisque) *temporum notis declarandis*, *nec non in cujusque scriptis recensendis*, *et quae*

---

(364) Proprium viri nomen est Al Mobarek ibn Aboulfath Ahmed cognomine Scharfoddin. Vulgo Ibn ol Mostawfi appellant. Natus Arbelae A. 564 (Chr. 1168 — 9), decessit Mausalae A. 637 (Chr. 1239—40) vel 639 (Chr. 1241 — 2). Ejus vita apud Ibn Khalic. legitur n. 564. Cod. P. T. II. p. 23 sqq. Leyd. M. T. II. p. 208 sqq. Adde Herbel. v. *Arbeli* et *Tarikh Arbel.* Abulfeda illius ad annum mortis sive 637, sive 639, non meminit, licet hominem sibi notum esse testetur A. M. T. IV. p. 102. Multa scripsit, sed imprimis inclaruit duobus operibus, *Chronico Arbelensi*, quatuor volumina complexo, et *Commentario in opera Motanabbii et Abou Tamimi*, qui decem tomis absolvitur, et titulum habet: كتاب النظام في شعر المتنبي وابي تمام.

(365) اصحاب الرسايل etiam de iis intelligi potest, qui varii generis disputationes et dissertationes scripserunt. Eadem ambiguitas in voce النسابين quam paullo ante transtulimus *Etymologorum*. Nam eodem jure de Genealogiae studiosis potest intelligi.

(366) ارباب الخطوط المنسوبة المعينة. Phrasin obscuriorem de celeberrimis calligraphis, Ibn Mokla, Ibn Bowabo, Djeuhario aliisque, intelligendam esse evincit Anonymus Epitomator Djemaloddini, in libro infra describendo n. 569, ubi sic de Djeuhario loquitur: وخطه يضرب به المثل في الحسن ويذكر في الخطوط المنسوبة كخط ابن مقلة ومهلهل وبريدي, quae fere respondent verbis Dzahabii apud Scheidium, in *Eruditorum testimoniis* Specimini Djeuhariano praefixis.

quae in eorum historia scitu utilia erant, item genealogiis, exponendis et carminum specimine proponendo. (Haec autem collegi) *cum ultro citroque per regiones commearem, et cum servis* (Dei) *commercia agitarem. Auctoritates afferre neglexi, nisi in re majoris momenti, et cujus in promtu foret investigatio, cum facili confirmatione ex auditis a me doctoribus testimonioque ea de re accepto conjuncta. Interim hoc imprimis spectavi, ut cum molis exiguitate magnam utilitatem conjungerem, et designavi loca, unde transtuli et desumsi ex libris sapientum, quibus hoc in negotio confidi solet, et ad quos propter narrationis integritatem provocatur."* — *Post haec narrat se librum composuisse de rebus poëtarum et recentiorum et antiquiorum. In ejusdem quoque operibus censetur Liber Moadjdjem ol Boldan,* (sive Distinctionis (367) regionum); *item alius de poëtis, tertius de eruditis discriminandis; Liber Al Moschtarek, etc. in quo de locis Synonymis, sed situ diversis agitur, quique inter utilissimos censetur; Liber de historiae* (conscribendae) *instituto et fine; Liber Dynastiarum; Collectio dictorum Abou Alii Persae; Prolegomena* (368) *in Librum cantilenarum; Tumultuaria exercitatio de Genea-*

(367) De vera pronuntiatione et significatione vocis معجم dubito: quamvis Herbelotium secutus sim, illam ut part. act. Sp. II. efferentem. Verbum عجم in Sp. I, II et IV notat *punctis diacriticis distinguere consonantem.* Hinc *Moadjdjem ol Boldan* dici videtur liber, qui ita regiones urbesque distinguit, uti puncta diacritica consonantes a se invicem discriminant.

(368) عنوان كتاب الاغاني. Vocem عنوان *Prolegomena* vertimus, non quod nobis de illa significatione constaret, sed quod ipsa sententia illam prae vulgari *inscriptionis et tituli* notione postulare videretur. Exstant tamen duo Abulfedae loca, quae quodammodo probent عنوان latiore usu translatum fuisse ad *omnem rem quae aliam praecedit eique ansam praebet et viam aperit*, unde et de Prolegomenis apte potuerit usurpari. Prior locus est A. M. T. V. p. 182 وكان هذا النصر عنوان النصر الثاني, *Et fuit haec victoria praecursor victoriae secundae.* Alter est ibid. p. 208 وكان ذلك من عنوان سعادة مولانا, *Et fuit hoc omen felicitatis Domini nostri.* Melius fortasse de nostrae opinionis veritate judicare possemus, si exempla *libri cantilenarum* nobis ad manum forent. Celebratissimi operis auctor est Aboul Faradj Ali ibn Al Hosein Koraischita ex Ommaiadarum genere, Merwani, ultimi illius gentis Khalifae, pronepos, Ispahanensis, natus A. 284 (Chr. 897--8), defunctus A. 366 (Chr. 976--7). Cf. Herb. v. *Agani, Aboulfarage al Esfahani, Esfahani.* Abulf. A. M. T. II. p. 494, qui cum Aboul Mahaseno l. l. ejus mortem retulit ad A. 356 (Chr. 966--7) Ibn Khal. n. 451. Cod. P. T. I. p. 531 sqq. Leyd. M. T. II. p. 75 sq. etc.

nealogia, *quae scriptio in libris Arabum de Originibus memoratur; aliud volumen de rebus Al Mothannae (?) etc. Ingenti animi studio in doctrinas sibi comparandas ferebatur. Narrat Judex honoratissimus Djemaloddinus Aboul Hasan Ali ibn Yousef ibn Ibrahim Ibn Abdolwahed Schaibanita Cophtita* (369), *Vezirus Principis Halebi*, *in libro*, *quem ap-*

---

(369) Cf. quae supra p. 51. n. 185, ad vitam Djeuharii tam de Veziro Djemaloddino, quam de Historia Grammaticorum ab eo edita, a nobis observata sunt. Postea vero intelleximus, exstare inter MSS. Leydenses N. 1879 (654. 3) illius operis epitomen ab anonymo confectam. In cujus libri titulo describendo duplicem errorem commisit auctor Catalogi. Nam primum non excerptum operis, sed ipsum opus esse putavit; (licet diserte in fronte libri legatur: هذا شي علّقته لنفسي مختصرا كتاب انباه الرواة على انباه النحاة, *Haec sunt quae mihi summatim excerpsi in compendium redigens librum Inbah Arrowaat ala Anbah Annohat*); deinde ambigua vocis, punctis diacriticis destitutae, pronuntiatione deceptus, Djemaloddinum السساني pro الشيباني appellavit. Libri titulus, ut in Codice exstat, respondet prae caeteris lectioni Codicis Ibn Khalicani A. h. l. (vide supra n. 242), et verti potest: *Commonefactio Historicorum de Grammaticorum Clarissimis*; si saltem vocem النّحاة supra l. l. a nobis minus probatam, propter Herbelotii codicumque consensum, servandam, et pro plurali a forma sing. ناح habendam censeamus, ut ناح non minus quam نحوي pro *Grammatico* ab Arabibus fuerit usurpatum. In eodem titulo animadversione digna est vox علّقته, cujus veram significationem, desideratam in Lexicis, in *summatim* sive *raptim excerpendo* posuimus, nixi auctoritate Viri Celeb. de Sacy, *Relat. de l'Egypte* etc. p. 485. n. 65 haec scribentis, de voce تعليقة Inf. Sp. II. verbi علق: „ Le mot تعاليق, pluriel de تعليقة, signifie proprement *des notes mises par écrit a la* „ *hâte*, et dont la rédaction n'a pas été soignée. *Voyez* la Biblioth. Orientale, au mot Talikat. „ Reiske, dans ses notes sur Abulféda, *Ann. Mosl.* T. III. p. 652 et Tom. IV. p. 105." Hujus igitur observationis gratia علّقته potius pronuntiandum esse existimavimus, quam علقته, licet Speciei I notio *summa arboris folia destringendi*, majorem, quam Speciei II notiones, cum illa *excerpendi* videatur habere affinitatem. Est autem illa epitome modicae molis libellus, in quo secundum Alphabeti ordinem recensentur multorum Grammaticorum nomina, addita plerumque brevi aetatis, qua vixerunt, memoria. Yakouti nulla fit mentio, ex quo apparet epitomatorem non omnia nomina in suum excerptum transtulisse. Djeuharius memoratur, sed de genere mortis, quo obiit, nihil additur. Affertur tamen duplex de tempore decessus sententia, quem alii A. 398 (Chr. 1007—8, cum supra p. 51 ex eodem auctore memoretur A. 393), alii A. 400 (Chr. 1009—10) accidisse existimant. — Praeter librum: *Inbah Arrowaat*, Djemaloddino nostro aliud etiam opus tribuitur كتاب تاريخ الحكماء, sive *Liber Chronici Sapientum* vel *Medicorum* inscriptum, apud Abulfar. p. 520, cujus epitome exstat in MS. 1862 (159. 1). Hoc solo in libello ex omnibus, qui in nostras manus per-

appellavit Narrationem auctorum de Grammaticorum rebus, Takoutum memoratum ad se dedisse literas Mausala, quo tempore eo, Tataros fugiens, venisset. Haec epistola, in qua rerum suarum conditionem exponit, et quid ipsi a Tataris acciderit, post Bismillam et laudis divinae formulam, sic habet (370):

Servus Takout ibn Abdolla scripserat hanc epistolam ex Mausala A. 617 (Chr. 1220—1) *cum accessisset ex Khowarezmia, in exilium actus a Tataris, quos perdat Deus O. M.! ad majestatem Domini misericordiae, Veziri Djemaloddini, Judicis honoratissimi, Aboul Hasani Alii ibn Yousef ibn Ibrahim ibn Abdolwahed, Schaibanitae, imo Taimitae, a Taimo ibn Schaiban ibn Tsaâlabah ibn Acabah* (371), *quem, hodie Veziri munere apud Dominum Halebi et Syriae exterioris fungentem, amplissima sua umbra complectatur Deus, et cujus dignitatem evehat ad gradum principatus.* (Scripsit autem hanc epistolam) *ad statum Khorasanae suasque oberrationes exponendas, indicans qualis sibi, nunc omnis spei egeno, prior rerum conditio fuerit. Reverentia tamen et observantia impeditus est, quominus illam excelso illius* (Veziri) *consilio offerret; idque refugit et vitavit, quod ejus magnitudini nimis impar esse videretur, donec illam legerunt complures, qui artem carmine et prosa oratione scribendi profitentur. Hos*

---

pervenerunt, editis ineditisque scriptoribus, paullo accuratius de vita gestisque viri exponitur, unum si excipias l. l. Abulfaragium, qui ejusdem quoque p. 355, 452, 462 mentionem fecit uberrimam, nunc pleniore nomine virum appellans *Al Kadi Alakram* (sive Judicum honoratissimum,) *Djemaloddinum ibn Al Kofti*, nunc breviore *Al Kadi Alakram*, quae res fraudi fuit Herbelotio v. *Sebti*, ubi ex Abulfar., uti videtur, l. l. p. 462, Medicum Judaeum Yousefum ibn Yahya defunctum amico suo Djemaloddino in somnis apparuisse narrans, nostrum *Akramum* appellavit.

(370) Licet haec Yakouti epistola nihil conferat ad bellum illud Tataricum accuratius cognoscendum, eam tamen variis de caussis publica luce dignam esse judicavimus. Est enim ex elegantioribus stili Arabici monumentis unum, idque ab illustrissimo editum scriptore. Interspersi sunt passim suavissimi versiculi. Magnus quoque lectionum variantium numerus nonnihil conferre poterit, ad aberrationes librariorum aliis quoque in locis facilius detegendas.

(371) Genus Veziri commemorans auctor primum Schaibanitam appellat. Cum vero inter Arabes antiquos complures reperirentur شيبان vocati, reliquam quoque Genealogiam addit, ut appareat illum per Acabam (sic enim legendum est,) Becri pronepotem ab Asado Rabiae filio descendere. Cf. Tab. VIII et IX in Eichhornii *Monum. Antiq. Hist. Arab.* ibique Ibn Kotaibah, p. 129—132; item Tab. Geneal. quam suae Tharafae editioni addidit Reiskius.

Hos igitur reperit ad eam describendam properantes, et certatim ad illam in rem suam transferendam ruentes, neque dubitavit amplius, quin beneficia Domini misericordiae in illam descensura essent, eamque in summo liberalitatis fastigio collocatura. Quae spes ipsi animos addidit ad has literas Domino suo offerendas: hoc unum vero petit, ut dum eas inspiciat, lapsus condonet et ad infirmitatem conniveat (372). *Neque enim qui nummum tractant, omnes nummularii, aut qui unionem possident, gemmarii sunt. En igitur illam.* — [*Dico: Ne molestum videatur, quod hanc epistolam quamvis longiorem his chartis inseruimus. Nam prolixe enarrat miracula inusitata et terrores inauditos. Hic autem ad talia digitum intendit, quae tibi o Lector! manifesta fient, cum ipse oculis usurpaveris* (373)].

In nomine Dei Miseratoris Misericordis!

Perpetuet Deus scientiae ejusque cultoribus bene meritis, item Islamismo ejusque filiis, quam ipsis concessit, largitus est, deditque et donavit, amplitudinem protectionis Domini nostri Veziri, cujus adjutores numen illustret, et cujus gloriam potentiamque geminet, et vexilla atque signa victoria ornet, et per extremos orbis fines largitionum cursu mittat calamos ejus (i. e. mandata, diplomata). *Hunc* (inquam) *diu conservet, illiusque nobilitatem ad summam evehat celsitudinem eâ gratiâ, cujus numquam obliteretur novitas, neque numerentur copia et apparatus; quae in fastigio excelsitatis suae non attingi possit; cujus acies et mucro non retundantur, neque pauci sint diligentes et amici. Hujus continuet imperium orbi et religioni, ut illius tumultus componere, moerorem profligare, lucernam erigere, felicitati et insignibus factis ornamentum addere, lucem ornatusque diffundere, florem dispergere et lumina geminare possit. Imo hujus protectionem amplificet doctrinis ejusque cultoribus, literisque humanioribus,*

(372) Secuti sumus h. l. lectionem codicis B. In sqq. ubicumque a Codicis Palmiani auctoritate deflexímus, illud ex variantium collatione facile intelliget Lector eruditus. In locis tamen majoris momenti versionis a textu discrepantis rationem reddidimus. Quae subjungit auctor proverbii speciem habent. Vult autem omnibus, qui scribendo operam dant, negotium non aeque bene succedere.

(373) Quae uncinis inclusi, in solo codice B leguntur, et, ut quisque videt, ab auctore illius libri profecta sunt, non a Yakouto.

bus, et qui illas profitentur, artibusque, et qui illas tractandas susceperunt. (Sic enim fiet) *ut excelsa sua praestantia earum arcem in altum educat, gloriaeque suae candore earum coronas veluti gemmis distinguat, fortunamque majestatis suae benignitate quasi floribus exhilaret, et nobilissimi ingenii studio sortem illis inter res creatas honoratissimam attribuat, et firmet in altissimo dignitatis gradu earum stabilitatem locumque. Extollat etiam* (Deus) *absolutissimo imperio potentiam regni Islamitici et religionis fundamenta, quae* (Vezirus) *regat, mansiones eorum condecorans, adjutorem fulciens, adversarium contemnens, auxiliarem juvans administrationis excellentia, exhilarans egregiis consiliis suis eorum desideria; donec praeclaro suo regimine redeat alba macula in frontem temporis, moresque, quos imitentur omnes, quibus justitiae bonitatisque signum impressum est.* (Caeterum) *hujus* (beneficii) *merces ipsi perennis adsit, dum diei noctisque tempora circumagentur et vertentur, et dum sol in oriente exsurget, et alacres erunt animi ad majestatem ipsius eximiam precibus colendam* (374). *Ut vero ad rem ipsam veniamus, servus confugit ad sedem excelsam, herilem, mansionemque praenobilem, elatam, cujus felicitatem perpetuet Deus splendore refulgentem, vota implentem, albis frontis pedumque notis manifestam* (375). *Hic vir neque liberalitatis studio principe dignae prohibetur, quominus* (inter bonos malosque) *distinguat; neque consiliorum, quae ipsi dantur* (376), *integritate contentus est; sed mandata sua ubique emittit, ut singula exploret, et indaget. Hunc denique talem esse existimo, quales Propheta c. d. b. v. fideles delineavit. Quodsi* (servus) *vel inter eos censeretur, quorum efficacissima est oratio, et explicare posset, quam firmiter addictus sit clientelae et glorietur, quod illustrissimae Majestati serviat et ab ea nominetur* (377); *haec*

---

(374) Secuti sumus lectionem Cod. L. De vero sensu dubitamus.

(375) واضحة الغرر بادية الحجول. Saepe hanc figuram ad nobilitatem et splendorem generis designandam usurpant Arabes. Cf. aurea nota Schultensii ad Harir. Cons. VI. p. 178 sqq. et Excerpt. Hamas. p. 473 sqq., ubi simul de conjunctione vocum غرّة et محجّل agitur.

(376) Etiam h. l. sensus verborum nobis dubius et incertus esse videtur. In Arabicis fortasse scribendi vitium latet.

(377) من التعبد للحضرة الشريفة والاعتزاء. Respicit hic auctor ad morem, qui imprimis ipsius aevo

haec (vestra) *ingenii perspicacitas ipsum prohiberet, ne amoris obscuritatem in animi recessibus latentis palam faceret* (378). *Quippe satis manifesta sunt indicia per orbem terrarum, servum, in sua erga patronum observantia* (379), *fere modum excessisse, eumque signatum esse typo sinceri amoris erga nomen ipsius honoratissimum in facie temporis refulgente; et fidem ipsius erga leges* (Corani) *excellentes, quae regiones operiunt, donec in illis oriatur omnis rerum elegantia* (380), *esse luculentam.* (Constat praeter-

---

aevo et postea invaluit, ut servi scil. et clientes suo nomini adjectivum a domini nomine derivatum adjicerent. Sic, ut ipsius Yakouti exemplo utar, is aut ab antiquo domino العسكري, aut a novo patrono Djemaloddino Alio الجمالي العلوي appellari potuisset. Nusquam hujus consuetudinis plura exempla reperiuntur, quam in Mamluchorum regno, quod ab A. 652 (Chr. 1254—5), ad A. 923 (Chr. 1517) per Aegyptum obtinuit. Ibi enim servilis conditio primus gradus erat ad honorem et potentiam; nec fere inter Mamluchorum primarios viros quisquam reperitur, qui ejusmodi cognomine, prioris servitutis indicio, careat. Quo factum est, ut ipsi quoque Sultani a dominis quondam suis appellarentur, et talia nomina nummis inscribi curarent. Neque enim servorum Imperatori, servum antea fuisse idque profiteri, indecorum existimabant. Sic ex. gr. quartus Mamluchorum princeps Al Malec Ad Dhaher Rocheddin Bibars duo cognomina habuit. Prius العلاي البندقداري ab Alaeddino Bondokdaro derivatum: posterius الصالحي (quod publicum et solemne sibi esse voluit,) adscitum ab eo, cujus deinceps in familiam transierat, Al Maleko As Saleho. Id etiam effertur الصالحي النجمي, quia Al Malec As Saleh honoris caussa Nadjmoddin appellatus est. Nonnumquam enim tot cognomina adoptabant servi, quot honoris titulos domini habuerant, cujus rei egregium exemplum proponit de Sacy G. A. T. I. §. 659. De Bibarso vide Abulf. A. M. T. V. p. 44. Pocock. in *Supplem. Hist. Dynast.* p. 9.

(378) Nostra versio respondet lectioni Codicum A. et B. Cf. n. 273.

(379) في دين ولايه. Si دين vulgari sensu de *religione* accipere mavis, Yakoutus respexisse censendus est ad ea, quae ipsi Damasci acciderant, adversus Alium disputanti, et haec ideo dixisse, ut se omni haereseos suspicione liberaret. Favent etiam huic opinioni sequentia, ubi suum Corani traditionisque studium praedicat. Arabica sonant: *In religione clientelae suae.*

(380) Quod in Codd. legitur المكارم (sive دني) حتي اصبح بيا بنا corruptum est. Error librariorum ortus esse videtur ex eo, quod variam lectionem بنا cum proba بيا in ipso textu conjungerent, uti in Cod. P. factum videmus. Hoc cum alii non perspicerent, in بنا vitium latere suspicati, pro eo بني reposuerunt, ut in reliquis legitur et male pro accusativo habuerunt ab اصبح pendente. Quare nullam in vertendo hujus vocis rationem habuimus.

terea) *eum legisse traditiones eximias, ex auctoritate rebus ipsis proxima derivatas, et firmissimo testimonio fultas, et regionum incolas vocasse ad summo conatu amplectendam fidem principatus excellentiae ejus, cujus occursus est auspicatissimus; et amicos suos invitasse ad agnoscendam* (381) *dominationem illius, qui unice divulsa componere studet, et sudore frontis suae dispersa congregat, et amicitias jungit; donec altera quasi Caâba fiat* (382), *quo omnis virtus confluat; cujus tamen invisendae necessitas non omnibus est imposita, illius itineris facultatem habentibus; sed ad solos necessarios virosque principes restricta est, praeter pauperem et viatorem. Nam singulis* (eorum quos enumeravi) *sors est, quam sibi* (a Veziro) *expetendam ducant, et felicitatis portio, quam sibi gratam reputent, et parare studeant. Quippe magnatibus ingens ex illius scaturigine derivatur nobilitas, et sapientibus, dum ipsi famulantur* (383), *novae acquiruntur virtutes, et pauperibus diploma securitatis tribuitur ab adversis casibus fortunae, et oculorum quies* (384). *In hujus autem* (peregrinationis) *cerimoniis hoc lege sancitum est, ut Majestatem* (جبهة ?) *illustrem salutent et venerentur, et manus*

---

(381) Et hic depravata lectio. Pro يملة vel بملة restituendum بملة. An praeterea pro صديقة reponendum صدقة, ut pronomen pertineat ad praec. اهل, et, repetitis ἀπὸ κοινοῦ praecedentibus, tota phrasis sic sonet: ودعا اهل الافاق الي المغالاة في صدقة بملة سوددة ? Si vulgata صديقة servetur, sicuti in versione fecimus, nulla est ellipsis nisi vocis دعا, quae cum ب non minus quam cum الي h. s. construitur.

(382) Elegantissima figura, quam alii quoque usurparunt (Cf. Ibn Arabschah *vita Tim.* T. II. p. 550), noster vero eximie amplificavit et ornavit. Passim enim alludit ad peregrinationem sacram, et vocabulis utitur ea in re solennibus: quae res luculentius apparet Arabica legenti. Huc pertinet illud quod infra dicit وفرضوا في مناسكة etc.; illuc, quod de peregrinationis necessitate interserit, item de manibus venerando osculo contingendis, ubi manifeste respicit ad osculum sacro Caâbae lapidi figendum.

(383) من قطينة. Forte leg. من قطونة, quod in versione secutus sum.

(384) وغض جفونة. Poteris etiam aliter vertere, pronomen in جفونة referens ad الدهر. Nam haec phrasis de fastu deprimendo apud Haririum usurpatur Cons. VI. p. 230. Tum sensus erit: *Pauperibus, qui ipsum adeant, hoc concedi, ut a calamitate tuti sint, et fortunae adversae reprimatur superbia.* Sic etiam pronominis tollitur anomalia, quod alias in sing. ad plurale فقراء pertineret.

nus (ad liberalitatem) *expansas osculo contingant. Imo ipse Deus O. M. servo testetur illum domi forisque, palam et secreto, in scientia et traditione* (?), *hoc perpetuo symbolum tenuisse, ut consessus praestantissimorum virorum et congregationes sapientium negligeret, prae utilitate quam ex illius praesentia caperet, et virtutibus quae ex ejus praestantia deriventur: qua de re inter homines gloriatus sit, ea verbis ornans, quae ab eo accepisset* (385).

Ecce ego carminibus meis homines nobilito, cupiens versus meos ornare hujus (Coranici loci) *memoria* (386).

„ *Tibi adscribent Islamismum suum! Dic: ne mihi attribuatis Islamismum vestrum.*
„ *Imo Deus hoc vobis beneficium tribuit, ut vos ad fidem dirigat, si veritatem sequi-*
„ *mini* (387)." *Ne umquam me Deus arceat a coetu amicorum, virtutes ipsius, egregie inter se conjunctas, diligentium; nec donis suis numquam interruptis vacuum esse velit. O Deus! Domine terrae laudatae, et coelorum altorum, et marium* (nobis) *servire jussorum, et ventorum* (pluviam) *praenuntiantium* (388); *exaudi cla-*

---

(385) Arabica obscura sunt. An recte verterim, videant V. V. D. D.

(386) Si pro انا ponatur أنّ, uti equidem faciendum censeo, versus secundum primam speciem, sive الطويل, sic decurret:

∪ — — | ∪ — — — | ∪ — ∪ | ∪ — ∪ — | ∪ — ∪ | ∪ — — — | ∪ — — | ∪ — ∪ —

(387) Haec verba ex Corano desumta sunt Sur. 49. 17, in quibus vertendis a vulgari usu deflexi. *Exprobrandi* notio, quam h. l. verbo منّ tribuere solent Intt., utrum scopo Mohammedis respondeat, in praesenti non anquirimus. Yakoutus certe, si sententiarum nexum recte capio, verba ita explicuisse videtur, ut nos reddidimus. Equidem scriptoris mentem sic expono. Ab initio inde Epistolae solum Vezirum celebraverat, et hunc imprimis summis laudibus in coelum extulerat: cum reliqui, quotquot scribendo operam darent, a laudibus Dei et prophetae ordirentur. Ut igitur omnem, sive impietatis, sive negligentiae, suspicionem a se amoliretur Yakoutus, non sine artificio orationem a Veziro ad Deum avertit. Nam primum dicit se ea maxime de caussa humanam excellentiam, neglectis laudibus Divinis, celebrasse, ut verba Coranica in suam rem convertere, iisque scriptionem ornare posset, quae beneficia, a solo Deo accepta, hominibus adscribere vetent. Dein ita Deum orat, ut precum suarum argumentum ad Vezirum maxime referat.

(388) Verba Arabica والبحار المسخّرة والرياح المبشّرة duorum Corani locorum imitationem conti-

clamorem meum, precibusque meis responde, et concede nobis per Mohammedem et familiam ejus et socios cognatosque, ut quod speremus et exspectemus excelsis ejus (Veziri) *virtutibus assequamur! — Jamvero postquam servus nobilem hanc aulam reliquerat, et a sede dignitatis intemeratae eminentissimaeque virtutis discesserat, hoc ipsi propositum fuit, ut gratiam expeteret fortunae adversae, temporisque refractarii ubera mulgeret* (389), *vana opinione deceptus, quasi in mutatione loci felicitas, in peregrinando lucrifaciendi occasio foret,* [*et in vicinia mansisse contemtu dignum ingratumque haberetur, nec domisedus hiscere auderet in circulis* (390)].

Primum dubitans constiti: dein haec mihi confirmata est opinio, mortem paupertati praeferendam esse.

Ergo meis valedixi, animo reditum agitans, et relictis sedibus abii ad occulta quaerenda.

Flebam ob discessum et dicebam amicae: Patienter feras! Mors enim melior est vita obsessa angustiis.

Aut mox opum te compotem faciam, aut in loco moriar, ubi exigua erit in tumulum meum lacrymarum effusio (391).

Dein-

tinent. Alter est Sur. 16: 14. وهو الذي سخّر البحر, *Hic est qui* (vobis) *mare subegit;* alter Sur. 30. 45. ومن اياته ان يرسل الرياح مبشرة, *Ex signis illius hoc est, ut ventos mittat nuntiorum loco.*

(389) Verb. استدرّ Djeuharius exponit per استحلب, i. e. *mulgendo lac elicere*, unde variae oriuntur metaphorae. Sic Harir. C. VI. p. 228 de eliciendo eloquentiae flumine usurpat: noster h. l. de expetenda et efflagitanda fortunae liberalitate, unde facilis transitus ad depraedationem, quae donis tributisque continenter exigendis homines exhaurit. Cujus notionis hic duo luculentissima exempla obiter proferemus. Prius legitur in Ispahanensis Emadeddini celeberrimo libro كتاب فتح القسي في فتح القدسي MS. 1800 (12) p. 54, ubi, agens de urbe Nazaretha a Modhafferoddino Coucbouri expugnata, inter alia haec dicit: وجمع نفايسها ونزع ملابسها واستدرّ طبيها, *collegit autem res illius pretiosas, vestesque ipsi detraxit, illiusque emulsit ubera.* Posterius exhibet Ibn Arabschah in Vita Timuri T. II. p. 124, de expilatione omnimoda: واستدر خلفانه شيا فشيا صافيا ورنقا, *et emulsit papillas ejus sensim sensimque, limpidum simul et turbidum.*

(390) Quae uncinis inclusimus, ea ad reliquorum fidem Codicum expressimus, cum partim corrupte legerentur in Palm., partim deëssent.

(391) Pertinent hi versiculi ad speciem primam, cujus leges accurate observant.

Deinde gibbo spei ut vehiculo usus est, peregre abiturus, et conscendit navem gyrationis, cum omnibus illius vectoribus, permeans planas altasque terras, donec in desertum pervenisset (392). *Neque exhilarare ipsum voluit tempus refractarium, neque ei misericordiam ostendere fortuna insana.*

[*Quodsi dies interrogarentur de eo, quod perpetrarunt, crimine, profecto negotium non occultarent* (393)].

Fortuna vero quasi festucâ, quae in oculum suum inciderat, et anginâ, quae guttur praefocaverat, impedita fuit, quominus propositum suum assequeretur, ut (servum) *foveae mortis immitteret.*

Neque in regione sedem fixerat, quin ad aliam transiret, cum alio ejusdem consilii socio discedens.

Modo Hozwae, modo Akiki versabatur, nunc Odzaibae, mox in Kholaisaa.

Hoc tempore in Nedjedum, alio in Schîb Al Hozoun, alio in castellum Taimaat contendebat (394).

Ab-

(392) Est hic aliquid in verbis Arabicis acuminis, quod Latina exprimere nequit oratio. Nam licet illa قاطع الاغوار والانجاد حتي بلغ البيدا ita reddi debeant, uti a nobis factum est; simul tamen respicitur ad provincias Arabiae Nedjed et Gour, quarum haec alias Tehamah vocatur, nec non ad planitiem Beidaa, quae Meccam inter et Medinam jacet.

(393) Versiculus normam sequitur tertiae speciei sive البسيط. Jones. p. 33. Cler. P. A. C. VIII.

— — ᴗ — | — — | — — ᴗ — | ᴗ ᴗ — | — — ᴗ — | ᴗ ᴗ — | — — ᴗ — | ᴗ ᴗ —

Spondeus in secunda sede ponitur pro anapaesto, pede ὁμοχρόνῳ. Regulae tamen de illa licentia tacent.

(394) Videtur hoc non ab ipso Yakouto, sed a veteri quodam poëta, compositum esse carmen, quod oberrationes Arabis nescio cujus per terrae suae deserta delineat. Hoc igitur noster (quem a versibus alienis scriptioni suae inserendis minime abstinuisse infra apparebit,) ad suos etiam errores adumbrandos transtulit: quamvis vetera nomina locorum intacta relinqueret. Nos, hac data occasione, singulorum situm ex Lexico Geographico indicabimus. *Hozwa.* حزوي موضع بنجد في ديار تميم وقيل جبل من جبال الدهنا وقيل نخل باليمامة وقيل رمل بالدهنا *
Hozwa locus in Nedjedo in Temimitarum regione. Secundum alios unus ex montibus Ad Dahnae, vel palmetum in Temama, vel regio arenosa in Ad Dahna. Regio Ad Dahna ab Abulfeda tangitur in Geographia (cf. Rommel in *Abulf. Arabiae descr. Comment. perpetuo illustr.* p. 82.), ejusque de-

Absit profecto (ut verum habeatur, quod dici solet) *in artibus humanitatis subsidium esse, quo illa, quae nobis cordi sint, assequamur et necessaria adipiscamur: item dum vul-*

---

descriptio uberior ex eodem Lexico repetita, digna est, quae hic inseratur: الدهنا هي من ديار
بني تميم وطولها من حزن منسوعة الي رمل يبرين (يبرين an) وهي من اكثر بلاد الله كلاء
مع قلة اعداد مياه واذا اخصبت ربعت العرب بها) جمعا لسعتها وكثرة شجرها قيل لا يعرف
ساكنها الحمّي لطيب تربتها وهوايها وقيل الوادي الذي في بلاد بني تميم ببادية البصرة في
ارض بني مسعد يسمونه الدهنا يمرّ في بلاد بني اسد فيسمونه منعج ثم في غطفان فيسمونه
الرامه وهو بطن الرمه الذي بطريق مكة طريق فيل (? قيل طريق an) الي المدينة وهو وادي
الحاجر يمر في بلاد طبي فيسمونه حايل ثم يمر في بلاد كلب فيسمونه قراقر ثم يمر في بلاد
ثعلب فيسمونه سوي واذا انتهي اليهم عطف الي بلاد كلب فيصير الي النيل ولا يمر في بلاد
قوم الا انصب اليهم *

Ad Dehna est in regione Temimitarum, et ab Harane ad Raml Tabrin in longitudinem extenditur. Est inter terras Dei pabuli virentis feracissimas, etiamsi aqua perenni non multum irrigetur. Cum ver viresvit, ad vernum tempus ibi transigendum confluunt Arabes propter loci opportunitatem arborumque frequentiam. Ajunt illius incolis febrim ignotam esse ob terrae et aëris salubritatem. Perhibent etiam vallem, quae in Temimitarum agro est in deserto Basrae, in terra Banou Masâdi Ad Dehnam vocari, cum vero transit in regionem Banou Asadi appellari Manidj; tum apud Gathfaneuses Arraameh, quae non differat a valle Arrameh in via Meccae, vel ut alii ferunt, Medinae. Haec aliis appellatur Wadil Hadjer. Hinc transiens in terram Dhaba nomen accipit Hayel: inde pergens ad Kalebitas, Karaker nomen habet, mox apud Tsaalabitas Sawa, ad quos ubi pervenit, reflectit ad Kalebitas, tum ad Annilum: neque ullum regionem transit, quin aquis abundet. Jam sequitur in carmine alter locus: nempe

Akik. Lexicon Geogr. haec illius nominis loca commemorat: عقيق عارض اليمامة وان واسع
مما يلي العرمة يندفق فيه قري ونخل كثير يقال له عقيق تمرة ومنها عقيق المدينة فيه عيون
ونخل وقيل هما عقيقان الاكثر مما يلي الحرة الي قصر المراجل والعقيق الاصغر ما سفل عن
قصر المراجل الي منتهي العرصة وفي هذا العقيق دور وقصور ومنازل وقري ومنها تدفق سيله
في غوري تهامة قيل ذات عرق ومنها عقيق لا يدخلون عليه الالف واللام قرية قرب سواكن
من ساحل البحر والاعقة كثيرة وذكر العقيق في الشعر كثير *

Akik Aredh Temamae ampla vallis circa Armam (quae etiam ad Ad Dehnam pertinet, uti in v. عرمة traditur) *aquis irrigata, in qua pagi et multae palmae, unde Akik Tamrah vocatur. Aliud Akik est Medinae, ubi sunt fontes et palmae: quin dicunt duo ibi esse ejus nominis loca, Akik majus.*

vultum sors nobis tetricum ostendit, fortunam atrocem nobis (derepente) *arridere. Neque enim desii temporis vices insimulare insaniae, verbisque corripere; donec eo lucro mihi ac-*

---

jus, quod ab Harra ad Kasr Al Marahel, et minus, quod infra Kasr Al Marahel ad extremum Arsa extenditur. In hoc Akiko sunt domus, palatia, mansiones et villae. Tertium Akik ea vallis est cujus torrens effunditur in Gawri sive vallem Tehamae, Dzaat Arak appellatur. Est denique aliud, cui articulus non praeponitur, oppidum prope Sawacin ad litus marinum. Sunt autem praeterea multa hujus nominis loca, et Akiki apud poetas frequens est mentio.

Odzaib. العذيب تصغير العذب ماء عن يمين القادسية لبني تميم بينه وبين قادسية اربعة اميال منه (delendum videtur منه) الي مغارة الفرورة في طريق مكة والعذيب ما قرب فرما من ارض مصر في وسط الرمل والعذيب موضع بالبصرة *

Al Odzaib diminutivum ab Al Adzab, fons a dextra Kadesiae pertinens ad Teminitas. Spelunca Al Farourah in via Meccae quatuor milliaria ab eo et Kadesia distat. Ejusdem nominis aqua est in mediis arenis prope Farmam Aegypti. Aliud Odzaib etiam Basrae reperitur. Qui locus autem hic et supra in *Akik* primus nominatur, is ad nostrum cármen pertinere videtur.

Kholaisaa. Lex. Geogr. simpliciter dicit esse nomen loci, diminutivum a *Khalsaa*, cujus situs adeo reliquis respondet, ut a *Kholaisaa* diversum non esse existimem: خلصا بلد بالدهنا معروف وقيل ارض بالبادية فيها عين وقيل ماء لعبادة بالحجاز *

Khalsaa regio in Ad Dehna vulgo nota. Ajunt tractum esse in deserto, ubi fons est, vel secundum alios aqua Ibadae (?) in Hedjazo. — Schib Al Hozoun in Lex. Geogr. non invenio.

Restat ut de *Taimaa* videamus, cujus extremo carmine mentio fit: تيماء — بليد في أطراف الشام بينها وبين وادي القري علي طريق حاج دمشق والابلق الفرد حصن الشمول بن عاديا اليهودي مشرف عليه *

Taimaa oppidum in Syriae finibus extremis, inter Syriam situm et Wadil kora, in via eorum qui Damasco Meccam sacrae peregrinationis caussa proficiscuntur. Ablak al Fard castellum Samuëlis ibn Adia ipsi imminet. De eodem sic loquitur Abou Zacarja MS. 1870 (357) تيماء بلدة معروفة بين الشام والمدينة علي نحو سبع مراحل من المدينة قال ابو الفتح الهمداني هي فعلاء من التيم والتيم في العربية العبد ومنه قولهم تيم الله اي عبد الله وتيمه الحب استعبده وكان هذه الارض قيل لها تيماء لانها مذللة معبدة والله اعلم *

Taimaa parva urbs et in vulgus nota, inter Syriam et Medinam, septem circiter stationes distans a Medina. Ait Aboulfath Hamadanensis esse hoc nomen formae فعلاء *a Taim, quod servum notat. Unde Taim allah* (nomen tribus) *dicunt pro Abdallah* (servus dei), *et Tayyamahol hobbo* i. e. *in servitutem ipsum redegit amor. Locus autem appellatur Taimaa, quia humili conditione et servili pressus fuit. Deus tamen optime novit.* Caeterum carmen sequitur leges Speciei III.

acquiescendum fuit, ut salvus (domum) *remearem. Interim servus repellebat calamitates et differebat, vitamque spe demulcebat et transigebat* (395), *induens se contenti animi tranquillitate et abstinentia, involvens se integritate et continentia. Moleste tamen hoc ferebat consortium, et subinde haec ingeminabat: Frater tuus* (396) *non frustra fuit, qui amicorum* (potius) *coetui se immiscuerit, quorum mores probet, a quorum injuria tutus sit, quos benemeritis sibi devinctos habeat, a quibus si panem quotidianum accipiat, contentus sit; quorum neque frustra speretur benevolentia, neque malefacta timeantur.*

Si omnino necessarium sit, ut familiam et domicilii sedem habeamus, ibi (degam), *ubi et ego familiari, et ille mihi fidem habeat* (397).

Jam ad hoc (servus) *se adstrinxit, ut oculum* (audacter) *attolleret, et nobilem equum renuentem inscenderet, et ova desiderii ala operiens* (excluderet), *et ab igniario, sive scintillas emittente, sive flamma destituto, ignem peteret* (398).

Erudivitque me fortuna, sed non curavi. E patria discessi, nec alii me honoris caussa adibant, aut ego alios.

Nec is sum, qui dicam; dum mihi dies superest viventi: An exercitus castra movit, Emirusve profectus est (399)?

Sedem vero fixerat in Merou Aschschahdjan, quod ipsi (Persae) *Sultani animum interpretantur* (400), *ubi in libris ad scientias et literas humaniores pertinentibus, et*

(395) Secuti sumus h. l. reliquorum Codicum additamentum, uti in A. et L. legitur.

(396) Locus difficilis, cujus verum sensum restituimus, assumta lectione اخوك.

(397) Etiam hic versiculus ad Speciei III exemplar decurrit. Cf. n. 172.

(398) Vult se omnia tentasse et explorasse, quae sibi auxilio fore putaret, sive res ex voto sibi succederet, sive optato destitueretur eventu. Figura nobilis. Cf. de verbo قدح ejusque variis translationibus Schult. *Origg.* Lib. I. P. I. c. 2. *ad Harir.* Cons. III. p. 123 etc. Paullo ante *nobilem equum sed renuentem inscendere:* est *consilium generosum sed difficile fortiter exsequi.*

(399) Versus sunt trimetri dochimei, pertinentes ad Speciem IV, cujus specimen vide n. 69. Significat se calamitate minime eo adductum esse ut principum aulas frequentaret, et quid illi agerent, curaret.

(400) Hanc vocis *Schahdjan* explicationem habent quoque Herb. v. *Merou*, Yakout in *Moschtarek* in v. et ex eo Abulfeda, quem vide in Buschingii *Magazin fur die neue Hist. und Geogr.* T. V. p. 345 et sq.

et scriptis auctorum intelligentium et ingeniosorum, invenit, quod ipsum a turba averteret; eique negligentiam omnis amici sinceri induceret. Ibi demum compos factus est sui jumenti errabundi, quaesiti, et camelae animi sui desideratae. Accesserat (regionem) *eam scilicet adventu gulosi, avidi; et tanta honoris significatione eam prosequebatur, ut numquam illam fugiturus videretur* (401). *Ergo per hortos illius amoenos pastum ire, hominibus rebusque creatis oblectari, oculum per illius oras libere circumferre, ejusque liberalitate donisque recreari coepit; nec prius ex eo tractu discedere parabat, quam in pulveris vicinitatem transiret* (mortuus).

Cum fortuna me noctu invaderet, cum exercitu, cujus primum agmen moeror et peregrinatio;

In ipsam insidias emisi, cujus duces essent duo: Ellychnium et Liber:

Noctemque transegi proferens ex noctium natura miracula, de quorum veritate dubitatio est (?).

Quibus sollicitudines detersi meas, quietem captans, sicuti moerores mero levantur (402).

Donec in Khorasano contigit illa, quae locum habuit, devastatio, et ejulatum excitans calamitas. Erant per Deum regiones tractu delectabiles, pulcrosque praebebant recessus, praeditaeque erant hortis amoenis, ventisque, sanitatem herbas item floresque creantibus (403). *Ibi gemebant columbae* (404), *arboresque commotae certatim se inclinabant,*

---

(401) An verum verborum sensum attigerim nescio. Legendum videtur قبلها. In praecedentibus insperatam illam optimamque suarum rerum in Khorasana conditionem, cum jumento amisso et praeter spem recuperato comparat.

(402) Etiam hoc carmen ad Sp. IV pertinet, sive الوفير. Cf. n. 399. Sunt versus trimetri, quorum tertius dubium sensum habet. Videtur de somniorum fallacia explicandus esse.

(403) Insignis est in h. l. verborum lusus. Nos ita vertimus, quasi مُرِيضَةٌ legissemus, id habentes pro part. Sp. IV a راض quae Sp. II synonyma esse potuit. Respicitur tamen eadem opera ad مَرِيضَةٌ i. e. *languidus ventus et lenis*, item, quatenus voci صحيحة opponitur, *morbidus*.

(404) اطيارها تغنت. Vocem اطيار plur. a طير synon. طاير de *columbis* intellexi: quae Sp. V verbi غني de illarum avium *gemitu* pp. usurpatur. Etiam alii voce طير vel طاير absolute de *columba* usi sunt. Sic Fakreddin Razi apud Sacy C. A. T. I. p. 71 فضربت البشاير بالبغداد يوم الوصول

bant, et lacrymas fundebant fluvii, suaviterque flabant aurae, temperamentumque climatis erat salutiferum. Atque (utinam), *per fidem meam, in hortis istis egregiis* (versarer)! *et inter arbores ramos demittentes, frondosas; quibus ex variis coeli plagis* (405) *venti vinum subtilissimum nubium advehunt, pratis interim roris merum fundentibus, in floribus unionum sparsorum instar orientis. Cum vero arbores illo temeto rigatae sunt, vento flante illas ebrietas vacillare facit; sibique invicem appropinquant, sed non uti facere solent amici; seque mutuo amplectuntur, sed non amplexu amantium; relucentque in intervallis fissurae, similes parvis fissuris coeli* [nubibus obducti], *similes, inquam, labiis puellarum duarum formae flexilis* (406), *ad se mutuo osculandum accedentium. Quin etiam peritus* (hanc arborum coruscationem) *facile cum prunae ardentis fulgore confundat* (407). *Aspergo vero guttarum pluvialium, quae iteratis vicibus istum hortum*

وصول الطاير بفتحها, *Et musica instrumenta pulsata sunt Bagdadi, quo die avis* (i. e. columba tabellaria) *cum nuntio captae urbis advenit.* Sic forte apud Wakid. de Expugn. Syriae MS. 1801 (43) p. 222 talis columba nomine طاير significatur: ففرقهم حول القلعة وامرهم بالاخذ علي الطرق والمسالك علي يوقنا حتي لو طار طاير اليها اقتصوه (اقتنصوه .i) *

Et eos undique circa castellum disposuit, jubens vias semitasque ad Toukinnam ducentes obsideri, ut si vel avis eo volaret, eam capere possent. Recte igitur Jo. Tzetzes Chil. VI. vs. 288.

Κατὰ Ἰσμαηλίτας δὲ, τοὺς Ἄγαρ γόνους λέγω,
Περιστερὰν τὴν Τάειραν σημαίνουσάν μοι νόει.

(405) A. الجنايب. Vulgaris significatio huc non convenit. Aut plurale est a جناب *latus tractusque*, quod in versione exprimere conati sumus; aut a حنوب *auster*, uti in Diwan Hudeil. accepit A. Schultensius ad Jobum p. 839. Verba haec sunt

مدوا الحلايب —— —— —— ——
مدّ المجلجل ذي العماء يراح من الجنايب

—— —— —— *Suppetias tulere agminibus effusis,*
Prout crescit conglobatum e nubibus agmen flantibus Austris.

(406) الغادات. In Lexx. desideratur. Descendit a غاد Med. Je, *tenera flexilique cervice et indole fuit.* Hinc primum de *puella formae flexilis*, dein de *puella delicata, molli* frequentatur. Harir. Cons. XLI initio: فملت من مغاداة الغادات الي ملاقاة التقاة, *et recessi a mane visitandis mollibus puellis ad occursum piorum;* ubi Scholiastes: الغادات جمع غادة وهي الناعمة من النساء.

(407) Lectionem Codicis B reddidimus, quae sola tolerabilem sensum habere visa est.

tum rigaverat, crescere faciebat buphthalmum, cujus flores pulcre nitentes si quis contemplaretur, non minus desideraret, quam si crembala aurea forent, purissimique et fulgentis metalli nummi; item se insinuabat in chamaemelum, quod rictum dentium amasii esse existimares, amantis genam morsu impetentium (408). *O per Deum! quantum* (flos ille) *oculum videntis delectat! quam pulcre* (pallidum) *amantis colorem imitatur* (409)! *Ut paucis omnia complectar* (Khorasana) *vera est Paradisi adumbratio. Hic aquae sunt animorum desideria, oculorumque deliciae. Hac terra continentur res nobiles, et in oris illius exsurgunt bona in creaturas redundantia. Quot in ea reperiuntur boni, quorum virtus relucet! quot Imami, quorum mores efficiunt ut secundum Islamismi leges vivatur* (410), *et quorum scientiae vestigia foliis temporis inscripta leguntur, virtutesque in ornamentis mundi religionisque numerantur, et per omnes regiones diffusae sunt. Nec fuit quisquam scientia firmus, rectusque consilio, quin ibi ortum habuerit, neque aliqua eruditionis excellentia, quin ibi occiderit, eoque properaverit; neque ulla umquam nata est morum generositas nullo fuco temerata, quin apud Khorasanicos invenerim, neque labores cum summa generis nobilitate conjuncti exstant, praeter ea, quae eorum ex fontibus mihi comparavi* (411). *Ibi infantes viri, juvenes heroës, senes sancti sunt. Testes virtutum illius populi sunt illustres et indicia gloriae illius manifesta. Ex rebus maxime mirandis hoc vero habeatur, quod Sultano Regi, harum provinciarum tam levis jactura visa est: qui animae*

(408) Figura, qua oris rictus cum Chamaemelo comparatur, frequenti usu ab elegantioribus teritur. Cf. illius exempla apud Reisk. not. ad Thar. vs. 9. p. 53, qui etiam in fine libri illius floris descriptionem ex Ibn Beithar adjecit. Adde Har. Cons. II. p. 78 et Ispahaneus. MS. p. 34. بيض تلمع كثغور الاقحوان, *albae relucentes instar rictus Chamaemeli.* Paullo ante تبرق pro تنفد cum B et L. legimus.

(409) Comparanda sunt cum hoc loco verba Haririi Cons. III. p. 166.

(410) Extremam hujus sententiae partem vertimus sec. lectionem Cod. B. Nec tamen ea, quae in textu exstat, repudianda, cujus hic sensus est: *Quot Imami, quorum commeatus amplam facit vitam Islamismi!*

(411) من معانيهم reddidi *ex eorum fontibus*, derivans a sing. معان. Poterit etiam esse a معني *sensus*, haud invita sententia.

mae suae dixit: Tibi mera vastitas reservata est (412), *qua nisi contentus es, mox interibis.* [*Tum aufugiebat trepidus instar pulli struthionis, et cum nihil cerneret, viros viris cumulatos sibi conspicere videbatur. Quot tum deserti sunt horti fontesque, agrique culti, et loca nobilia et amoena, in quibus antea laeti degerant. Verum tamen Deus O. M. non ideo* (solum) *alii populo hujus regionis haereditatem concessit, ut pios a scelestorum sedibus amoveret, sed* (etiam)] *ut tentando probaret; invenitque illos Dominus beneficiorum memores, afflixitque et patientes reperit, eosque adjunxit puris martyribus, extulitque ad gradus dignitatis electorum bonorum.* [*Fieri autem potest, ut aliquid improbetis, quod vobis conducat, item ut aliquid adametis, quod vobis obsit. At Deus novit, vos autem ignoratis* (413).] *Deinde illarum regionum foramina scrutatus est populus infidelitatis et impietatis, hominesque istos dispersos et duce carentes in potestatem redegerunt rebelles illi et declinantes a vero. Factaque sunt illius tractus castella versibus deletis similia; evaseruntque domicilia illa mansiones bubonum et corvorum; ita ut illis in locis ululae sibi mutuo responderent, istisque in oris ventus et aura pestifera ex adverso spirarent, quique ibi degere soliti, inde moerorem conciperent, et diabolus ipse calamitates Khorasanae defleret.*

Quasi homines ibi non essent versati, statuas pulcritudine (414) *aequantes, et regni potentes leonibus fortitudine similes.*

Nec

---

(412) الهواء لل. Sic legendum. Ludit ex ambiguo inter has voces et sequentem الهوالل, a qua in Codd. distingui nequeunt. Mox reliquorum Codd. supplementum adoptavimus, in quo A aliis praetulimus.

(413) Verba quae uncinis inclusimus in solo desunt Palm., repetita ex Corano Sur. II. 212.

(414) كالدمي. Solent Arabes in stilo subliminore omnes qui pulcritudine excellunt, sed imprimis feminas, cum statuis comparare. Hinc prov. illud Meidanii, quod in Schultensii editione est n. 383. أحسن من دمية, *statuâ pulcrior.* Eodem pertinet, quod Aiadh Abou Hala de Mohammede testatur apud Gagnier. ad Abulf. de V. M. p. 143 ejus collum fuisse جيد دمية *collum statuae marmoreae.* Accurate his respondet Euripideum illud de Polyxena Hecub. vs. 560 Μαστούς τ' ἔδειξε στέρνα θ' ὡς ἀγάλματος Κάλλιστα. Similiter Solma Ibn Rabja in Hamasa laud. a Reisk. ad Tharaph. p. 100. والبيض يرفلن كالدمي, *et puellae candidae, quae statuis similes fastuose incedunt.* Hinc translatione, quam Belgarum quoque sermo vulgaris admittit,

ipsas

Nec qui liberalitate Hatemum et Ibn Maamah, aut si mansuetudinis ratio habeatur, Ahnafum imitetur aut Saâdum (415).

Cernis in illis fortunae vicissitudinem, factique sunt nobis exemplum, quod praecordia vulneret etiam illis, qui postea venturi sunt (416).

Nos in Dei potestate sumus, et ad illum revertimur ab infortunio quod dorsa frangit et vitam destruit, brachiumque comminuit, et robur dissolvit, et moerorem duplicat, et canitiem inducit infanti, atteritque cor obdurati, praecordiisque nigrorem et intellectui oblivionem parit. Illo tempore servus vestigia sua relegit, [*capite demisso, et ex quo redire coeperat, donec eum in locum pervenisset, ubi anima conquiescere posset, de salute desperans* (417)], *palpitante pectore, lacrymisque stillantibus, et exulis animo absentisque patientia; donec Mausalae pedem figeret, post pericula obdurato corde perlata, et afflictionem patientiamque; postquam gravissimis oneribus tentatus fuisset, et semel iterumque exitio imminuisset. Per gladios enim strictos transierat exercitusque fugatos, ruptosque monilium funiculos* (418)*; per sanguinem madentem, impune effusum.* [*Haec autem ipsius tessera fuit, quoties aut sellam*

---

ipsas feminas *statuas* vocant, comparatione omissa. Sic Aboul Modhaffer Al Abyourdi apud Abulf. A. M. T. III. p. 320 ومن دمي تواري حيا حسنها بالعواصم, *et* (quot) *statuae* (i. e. feminae) *formam suam pudicam arcibus tutantur.* Similiter Ispahanensis MS. ait p. 54 hostem potitum esse دمية دامية وجارية لطيفة بعنف جارية, *statuis sanguine infectis* (vel respersis), *puellisque delicatis, invito abreptis.*

(415) De Hatemi liberalitate multa Arabes prodidere. Cf. inter alia Meid. Prov. 227 ibique loca laudd. a Schult., quibus adde Gentium ad *Saadii Rosarium* p. 586 sqq. Ibn Maamah proprio nomine Caäb vocabatur. Cf. Meid. ibid. p. 134 et prov. 228, ubi narratur eum siti perire decrevisse, ne sociis itineris aqua in deserto deësset. — Ahnafi mansuetudo non minus celebratur. Cf. Meid. prov. 316. Sed de Saädo nihil me legisse memini.

(416) Metrum hujus carminis respondet legibus speciei الطويل sive primae.

(417) Pro انسا, quod hic legitur, آيسا reponendum censemus, idque vertendo expressimus.

(418) Nihil Arabibus solemnius, quam turbatum rerum ordinem cum rupto margaritarum funiculo comparare. In re nota uno exemplo defungemur Abulfedae ob verbum حلّ nostro imprimis respondente, A. M. T. II. p. 282 انحلّت نظام مملكته, *Solutus est funiculus regni ejus.*

lam (419) *adscenderet camelinam, aut desertum permearet: Huic signo quasi lapidi viam nostram distinguenti occurrimus.*] *Laus vero Deo sit, qui nobis illius* (adhuc) *laudandi potestatem concessit, et nos ornavit beneficiis omnem numerum computumque excedentibus. Ut brevis sim, nisi amplius ipsi vitae spatium* (decretum fuisset), *omnino difficile foret de eo dicere: Salvus est miser et abiit incolumis: et ejus amicis complosione circumventi percussis* (420), *ipse tot millibus, quot infidelium manibus periere, adjunctus fuisset* (421).

Alienata a me est fortuna mea, neque novit me robore gravem esse, nec curare calamitates temporis.

Illa noctem transegit, mihi ostendens, qualis sit iniquitas infortunii. Ego contra, illi monstrans, qualis sit patientia (422).

Jam vero nihil restat servo, quo animum moerore levet, nec habet, quod cordi oculisque promittat, nisi spem faciat, fore, ut omnis amoveatur calamitas, cum coram excelsa (Veziri) *majestate constiterit.*

Salvus sis igitur et perennis, vitamque diu conserves quietus, et quod reliquum est aetatis priorem leniat sollicitudinem.

Tu

---

(419) Sententiam uncinis inclusam ex reliquis Codd. huc transtulimus. Pro voce قتبا aliam maluissem. *Colles* aut *montes* v. g. aptiores sane sunt ad itinerum spatia distinguenda, quam *sellae camelinae*. Utrum lectio قتبا auctori an librario debeatur, alii videant.

(420) صفقة المغبون. Phrasis etiam Haririo usurpata Cons. IV. p. 40. Propria est loquendi forma de mercatoribus, qui in contractibus complosione manuum factis se circumveniri patiuntur. Unde etiam صفقة κατ' ἐξοχὴν de *mercatura* dicitur. Abulf. A. M. T. I. p. 356 فان تعطني مصرا (l. مصر) فتربح بصفقة, *Quod si mihi Aegyptum dederis, mercatura lucrabere.*

(421) Hic partem eorum, quae in A. et B leguntur, (cf. n. 340) adoptavimus, partem, nobis non intellectam, omisimus.

(422) Habent hi versiculi non Yakoutum auctorem, sed Aboul Modhafferum Mohammedem Abyourdensem, ex Ommaiadarum familia oriundum, mortuum A. 507 (Chr. 1113—4). Cf. Herb. v. *Abyourdi* et in *Supplem.* T. IV. p. 687. Ibn Khal. n. 685. Cod. P. T. II. p. 262—266. Leyd. M. T. II. p. 324 sqq., item Abulf. A. M. T. III. p. 382, (cf. not. hist. 245*b*) qui in vs. priore اهوال habet pro احداث, uti Ibn Schehna احوال. Ibn Khalicani Codd. cum nostra lectione conspirant. Versus iterum pertinent ad speciem primam.

Tu prae gloria anima dici madereris, homines tantum corpus sunt; verumtamen, etsi
Tu margarita es, conchae non oblivisceris (423).

Servus autem hoc tempore Mausalae commoratur, his rebus intentus, quae ipsum ibi morari jubent et subsistere, tempusque transigens in arte sua factitanda (424), *neque multum abfuit, quin sibi ipse objectaret linguâ firmâ: Per Deum in antiquo errore versaris* (?). *Diligenter enim se ipse occupatum tenet in propositis consequendis, quae, ita me amet Deus, victum suppeditent ex libris quos descripsit, et foliis chartarum, quae sibi adscivit; quibus, inquam, multum laboris impendit, parum inde percipiens emolumenti. Quod ad iter vero attinet* (Halebense), *hoc sibi proposuit, ut, postquam quae opus erant, perfecerit, et necessitati utris aquarii ex parte prospexerit* (425), *auxilium divinum imploret, et viae ductus ingrediatur. Forte enim votorum compos fiet, cum ad Majestatem accesserit, oculusque* (servi) *vel levem tantae dignitatis intuitum sit consecutus* (426); *et baculum abjiciet profectionis in atrio illius spatioso, et sub umbra alae ipsius morabitur, donec fatum quietem afferens ipsi occurrerit; atque servorum ipsius seriei se inseret coram illo, sicut absentis clientelae se olim addixerat.* (Hoc inquam consequetur), *si felicitas producta fuerit, eumque brachio ceperit, et fortuna, postquam depresserat, liberaliter in altum extulerit. Nam*

---

(423) Versus sunt Speciei tertiae sive ألباسط, qui metri leges exacte sequuntur; modo legas in secundo ناسٍ pro ناسيّ. Sic enim reclamante versu pronuntiandum foret, si لا hic pro ليس accipias, quod necessarium non videtur. Praeterea cum A. et B الوري pro الهوي in versione expressimus. Dicit autem in his versiculis Veziro patrono suo Yakoutus, sperare sese, illo superstite, adhuc miseriarum suarum levamen. Hunc enim virum, licet ipse unioni pretioso sit similis, reliquorum mortalium, qui conchae vilissimae instar sint habendi, minime tamen oblivisci.

(424) Lectionem Codicis B hic expressimus. Significat se libris describendis victum quaesivisse, ut postea diserte affirmat.

(425) Id est: postquam ea quae ad iter commode peragendum necessaria erant, labore suo sibi comparaverit. Spirat haec figura nativum Orientis ingenium. Quid enim Arabi deserta permeanti, utre aquario carius?

(426) Locus difficilis. Quod in reliquis Codd. reperitur جلالها praetulimus Palmiano خلالها. Tum cum A. et L. legimus بنظرة, huic voci unitatis notionem tribuentes.

Nam profecto vires ejus debilitatae sunt; ita ut spem suam assequi nequeat, et a conflictu et pugna fortunae prae impotentia refugiat. Ecce contracta est manus liberalis amicorum ejus, et socios ab eo seclusit dierum noctiumque vicissitudo, et in genam ejus descendit canities, nec prae infirmitate necessaria sibi comparare potuit: et ex alto irruens senectutis accipiter juventae corvum cepit, florentisque venustas aetatis in noctem oblivionis incubuit et in ea acquievit, [ejusque pulcritudo in amantium oculis in deformitatem versa est; nec in infortunio suo, qui ipsum consolaretur reliquum habuit:] et pallium nitentis adolescentiae cum trita veste grandaevitatis et canitiei servus permutandum esse censuit (427).

Juventusque a me remota est et finem accepit, antequam ab ea voti compos factus essem.

Nec posthaec quid exspectandum restat praeter exitium, cum senectus appetitum meum ad angustias redegerit (428).

Jamque deflevit servus his versibus juventutis suae (emortuae) *tempora. Quam rarus vero est flentium dolor eorum gratia, qui inter pulverem et ossa cariosa numerantur* (429)*!*

Aversata me est, cum canus fierem, fortuna mea, ejusque facies mihi invisissima facta est.

Cum memoriam illius (adhuc prosperae) *in animum revocarem, affectu motus est, oculorumque venae lacrymis maduerunt.*

Do-

(427) Quae paullo ante uncinis inclusa leguntur, repetita sunt e Cod. B. Hic استعاض, quod reliqui omnes offerunt, reddidimus.

(428) Versus sunt trimetri Speciei II, sive المديد. Cf. Jones. l. l. p. 31 sq. Cleric. l. l. Cap. VII. Schema, quia hac primum vice nobis occurrit, subjecimus. An ob metrum leg. اربي من?

∪ ∪ — —	— ∪ — —	— ∪ —	— ∪ — —	∪ ∪ —	— — — (?)
— ∪ — —					— ∪ —

(429) In superioribus ندب pro نادم vertimus. Hic autem lectio corrupta. Aut وفي الرفات leg. aut في التراب cum reliquis ejiciendum.

Donec temporis vices venerunt, quod (male) *praeterierat reparantes, gemituque ex illius recordatione orto me liberantes.*

Cum vero omnia vasa ab initio potum defaecatum praebeant, et in fundo demum habeant coeni parum et quisquiliarum:

Quomodo factum est, ut cum complures etiam haustus in vase potorio meo relicti essent, faeces in fundo jam apparerent (430)?

Servus autem certissime novit hoc fatum quod (in eum) *penetravit, averti non posse, nisi oculo benivolentiae adspiciatur. Visus enim Veziri Domini Principis asylum est mortalium, in oriente et occidente, ubicumque respexerit secundum morem Majestatis suae* (431), *unde virtutibus et dignitatibus incrementum solet accedere. Vale.*

Propter hujus epistolae magnitudinem hoc caput diu nos detinuit, nec tamen illam truncare potuimus. [*Dixit socius noster Al Camal filius Poetae Mausalensis, in libro, qui vocatur Margaritarum monilia: Mihi recitavit Abou Abdolla Mohammed ibn Mahmoud, cognomine Ibn Annedjdjar, Bagdadensis, auctor Chronici patriae suae* (432), *versus, quos Takoutum recitantem se audivisse testabatur, in pueri Turcici laudem factos, cujus oculum in cavitatem depressum nigrum capitis indumentum texerat* (?)

Turca est genere cujus faciem lunam esse existimes, quae radios cum fulgore emittat.

Pars indumenti in oculum demissa est, ut ab amantium intuitu se averteret.

Sed, ita me Deus amet, si amatores prope transeant, num quis amplius velum illud servabit (433)?]

Natus autem est Takoutus ille, de quo hic egimus, A. 574 *vel* 575 (Chr. 1178—80) *in*

---

(430) Hi etiam vss. sunt Speciei primae annumerandi.

(431) De hujus versionis veritate dubito. Secutus sum lect. Cod. B بعادة مجددة منه.

(432) De Al Camalo quem laudat hujus fragmenti auctor (sive Ibn Khal. sit, sive alius,) nihil reperio. De illius vero aetate ex eo conjecturam facere possumus, quod Mohammedem ibn Annedjdjar, Chronici Bagdadensis auctorem, hos versus recitantem audivit qui sequuntur. Is enim mortuus est A. 643 (Chr. 1245—6). Cf. Herb. v. *Bagdad* extr. *Naggiar* et *Tarikh Bagdad.*, Apud Ibn Khal. ejus vita non exstat.

(433) De vera versiculorum lectione et metro dubito. Sensus tamen est elegans et perspicuus. Non autem de vero Turca h. l. cogitandum esse videtur. Ob eximiam enim gentis formam, hoc ne-

in terris Graecorum, sicut ipse retulit; decessit vero c. d. b. v. die Lunae, mensis Ramadhani vigesimo, A. 626 (Chr. 1228—9), *in diversorio extra urbem Halebi, quemadmodum jam supra sub initium capitis memoravimus. Legaverat libros suos Templo Zobeidico* (434), *quod Bagdadi est, in vico Dinar appellato, eosque eam in urbem perferendos tradiderat Doctori Azzeddino Aboul Hasano Alio ibn Al Atsir Chronici auctori. Cum Yakoutus ille memoratus ad aliquam excellentiam et famae nobilitatem pervenerat, nomen Yakoubi sibi adscivit. Eodem, quo mortuus est, anno, ipse ad negotia quaedam transigenda Halebum accesseram, mense Dzoul Kaâda, adeoque postquam diem obierat, eumque vulgo magnis laudibus cumulari, virtutemque et eruditionem celebrari intellexi. Mihi tamen ipsum* (vivum et praesentem) *adire concessum non fuit. Caeterum Deus nobis praestat scientia.*

Haec sunt quae de vita scriptis et eloquentia Yakouti Ibn Khalic. ad posteritatis memoriam prodidit. Restat, ut de reliquis quoque libellis, qui eodem cum Yakouti *Moschtareko* volumine continentur, eorumque auctoribus, accurate et distincte exponamus. Initium faciemus a Zamakhscharii opusculo, quem solum duplici numero indicabimus; reliquorum enim mentio in Catalogo frustra quaeritur, ut supra a nobis observatum est.

MS. 1706 (334. 2) كتاب الجبال والامكنة والمياه تصنيف الشيخ الامام ابي اسحق (dele اسحق) القاسم محمود بن عمر الزمخشري رحمه الله *Liber montium, locorum et aquarum, compositus a Doctore Imamo Abou (Ishako) Al Kasemo Mahmoud ibn Omar Zamakschario, cujus Deus misereatur.* Est parvae molis libellus brevissimas continens locorum descriptiones ordine alphabetico, interjectis hic il-

nomen Orientales, imprimis Persae, omnibus pulcris tribuere solent. Cf. Hafez apud Jones de P. A p. 44 etc.

(434) Ex Codicem duplici lectione الربدي et الزيدي inter se collata, emendandum videtur الزبدي a زبيدة (cf. Sacy G. A. T. I. §. 650); ut templum illud originem nomenque debuerit Zobeidae Harouni Ar Raschidi conjugi.

illic poetarum versibus, et a p. 179—238 decurrens. Incipit sine ulla praefatione, statim post Bismillah, ita ut nusquam auctoris indicium appareat. Forte nonnisi majoris operis compendium est. Qui illud composuisse fertur Zamakhscharius, homo πολύγραφος, ex Herbelotio innotuit in v. *Zamakschari*, compluribusque aliis locis, jam citatis a Reiskio ad Abulf. A. M. T. III. p. 488 sq. quem omnino confer not. hist. 345—348. Inter alia hunc, in quo versamur, libellum memoravit suo titulo Herb. p. 965. Adde Schultensium in praef. ad *Al Nawabig*, Pocock. *Sp. H. A.* p. 354. Casir. *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 40 etc. Vitam Viri sic refert Ibn Khal. n. 721. Cod. Palm. T. III. initio; coll. Leyd. M. T. II. p. 408 et MS. 1883 (747) ابو القاسم محمود بن عمر بن محمد بن عمر الخوارزمي الزمخشري الامام الكبير في التفسير والحديث والنحو (435) واللغة وعلم البيان كان امام عصره غير مدافع تشد اليه الرحال في فنونه اخذ النحو عن ابي مضر منصور وصنف التصانيف البديعة منها الكشاف في تفسير القران العظيم (436) لم يصنف قبله مثله وكتاب الفايق (437) في تفسير الحديث واساس البلاغة في اللغة وربيع الابرار وفصوص الاخبار (438) ومتشابه اسامي الرواة ونصايح الكبار ونصايح الصغار وضالة الناشد والرايض في (439) الفرايض وكتاب المفصّل في النحو وقد اعتني بشرحه خلق كثير والانموذج في النحو والمفرد والمولف في النحو ورووس المسايل في الفقه وشرح ابيات سيبويه (440) وصميم العربية والمستقصي في امثال العرب وسواير الامثال وديوان التمثل (441) وشقايق النعمان في حقايق النعمان وشافي

(435) النحو omittit L. (436) L. العزيز. (437) L. et MS. 1883. sive B. والفايق. (438) L. وفصول الاخبار. B his subjunxit والنصايح et quae sequuntur. (439) L. et B. addunt علم. Mox L. لشرحه. (440) لسيبويه. (441) B التمثيل.

والشافي العي من كلام الشافعي والقسطاس في العروض ومعجم الحدود والمنهاج في الاصول ومقدمة الاداب وديوان الرسايل وديوان الشعر والرسالة الناصحة والامالي في كل فن وغير ذلك وكان شروعه في تاليف المفصّل في غرة شهر رمضان سنة ثلاث عشرة وخمسماية وفرغ منه في غرة (442) المحرم سنة خمس عشرة وخمسماية وكان قد سافر الي مكة المشرفة (443) وجاور بها زمانا فصار يقال له جار الله لذلك كان هذا الاسم علما عليه وسمعت من بعض المشايخ ان احدي رجليه كانت سقطت (444) وانه كان يمشي في جاون (؟) خشب وكان سبب سقوطها انه في بعض اسفاره ببلاد خوارزم اصابه ثلج كثير وبرد شديد في الطريق فسقطت منه رجله وانه كان بيده محضر فيه شهادة خلق كثير ممن اطّلعوا علي حقيقة ذلك خوفا من ان يظن من لا يعلم (445) صورة الحال انها قطعت لريبة والثلج والبرد كثيرا ما يوثّر في الاطراف في تلك البلاد فتسقط خصوصا خوارزم فانها في غاية البرد ولقد شاهدت (446) خلقا ممن سقطت اطرافهم بهذا السبب فلا يستبعده من لم يعهده ورايت في تاريخ لبعض المتاخرين ان الزمخشري لما دخل بغداد واجتمع بالفقيه الحنفي الدامغاني ساله عن سبب قطع رجله فقال دعاء الوالدة وذلك انني في صباي امسكت عصفورا وربطته بخيط في رجله وافلت من يدي فادركته

وقد

(442) غرة ignorat L. (443) L. pro المشرفة habet حرسها الله تعالي. (444) L. et B ساقطت. L. paullo ante وكان pro كان. (445) L. يعرف. (446) L. ورايت.

وقد دخل في خرق فجذبته فانقطعت رجله في الخيط فتالمت والدتي لذلك وقالت قطع الله رجل الابعد كما قُطعت رجله فلما وصلت الي سن الطلب رحلت الي بخاري (447) لطلب العلم فسقطت عن الرادّة فانكسرت رجلي وعملت عليّ عملا اوجب قطعها والله سبحانه وتعالي اعلم بالصحة (448) وكان الزمخشري المذكور معتزلي الاعتقاد متظاهرا به حتي نقل عنه انه كان اذا قصد صاحبا له واستاذن عليه في الدخول يقول لمن ياخذ له الاذن قل له ابو القاسم المعتزلي بالباب واول ما صنف كتاب الكشاف كتب استفتاح الكتاب اي الخطبة الحمد لله الذي خلق القران فيقال انه قيل له متي تركته علي هذه الهيئة هجره الناس ولا يرغب احد فيه فغيره بقول (449) الحمد لله الذي جعل القران وجعل عندهم بمعني خلق والبحث في ذلك يطول ورايت في كثير من النسخ الحمد لله الذي انزل القران وهذا اصلاح الناس لا اصلاح المصنف وكان الحافظ ابو الطاهر احمد بن محمد السلفي المقدم ذكره (450) رحمه الله تعالي قد كتب [اليه] من الاسكندرية وهو يومئذ مجاور بمكة المشرفة (451) يستجيزه في مسموعاته ومصنفاته فرد جوابه بما لا يشفي الغليل فلما كان في العام الثاني كتب اليه ايضا مع بعض الحجاج استجازة اخري اقترح فيها مقصوده ثم قال في اخرها ولا

(447) L. بخارا. Mox الرجل legit et عملا عملت. (448) L. والله اعلم. Tum in sqq. معتزليا omisso الاعتقاد. (449) L. بقوله. (450) L. addit الهمزة وفي حرف, sed omittit ابو الطاهر احمد بن محمد. (451) حرسها الله تعالي in Leyd.

ولا يحوج ادام الله توفيقه الي المراجعة فالمسافة بعيدة وقد كاتبه في السنة الماضية فلم يجبه بما يشفي الغليل وله في ذلك الاجر الجزيل فكتب الزمخشري جوابه ولولا التطويل لكتبت الاستدعاء والجواب لكن نقتصر علي بعض الجواب وهو ما مثلي مع اعلام (452) العلماء الا كمثل السهي مع مصابيح السماء والجهام الصفر من الرهام مع الغوادي الغامرة للقيعان والاكام والسكيت المخلف مع خيل السبّاق والبغاث مع الطير العتاق وما التلقيب بالعلّامة الا شبه الرقم بالعلامة والعلم مدينة احد بابيها للدراية والثاني للرواية واذا في كلا البابين ذو بضاعة مزجاة ظلّي فيه اقلص من ظل حصاة اما الرواية فحديثة الميلاد قريبة الاسناد لم تستند الي علماء نحارير ولا الي اعلام (453) مشاهير فاما الدراية فثمد لا يبلغ افواها وبرض لا يبلّ شفاها ثم كتب بعد هذا فلا يغرّنّكم قول فلان فيّ ولا قول فلان وعدد جماعة من الشعراء والفضلاء (454) مدحوه بمقاطيع من الشعر واوردها كلها ولا حاجة الي اتيان بها ههنا فلما فرغ من ايرادها كتب فانّ ذلك اغترار (455) منهم بالظاهر المموّه وجهل الباطن المشوّه ولعل الذي غرّهم مني ما راوا من حسن النصح للمسلمين وبليغ الشفقة علي المستفيدين (456) وقطع المطامع عنهم وافاضة (457) المبارّ عليهم

(452) Hanc vocem ignorat B et mox legit السها. L. الشيبا. Idem deinceps السكيت المخلف.
(453) B علماء. (454) الفضلاء ignorat L. mox idem الابيان pro الاتيان et هنا. (455) L. اغرار et deinde uti et B بالباطن. (456) L. المستفندين. (457) L. افادة. In sqq. pro خويصتي B فريضتي. Recte. Idem فنسبوني nec non دهر pro دبير.

عليهم والصنايع وعزة النفس والربأ بها عن شغاف الدنيات والاقبال علي خويصتي والاعراض عما لا يعنيني فجللت في عيونهم وغلطوا فيّ ونسبوني الي ما لست منه في قبيل ولا دبير وما انا فيما اقول بهاضم لنفسي كما قال الحسن رحمه الله تعالي في ابي بكر الصديق رضي الله عنه بقوله وليتكم ولست بخيركم ان المومن ليهضم نفسه وانما صدقني الفاحص (الفحص .l) عني وعن كنه روايتي ودرايتي ومن لقيت واخذت عنه وما بلغ علي (458) وقصاري فضلي واطلعته طلع امري (459) وافضيت بخبية سرّي والقيت اليه عجري وبجري واعلمته نجمي وشجري واما المولد فقرية مجهولة من قري خوارزم تسمي زمخشر وسمعت ابي يقول رحمه الله (460) اجتاز بها اعرابي فسال عن اسمها واسم كبيرها فقيل له زمخشر والرداد فقال لا خير في شر وردّ ولم يلمم بها ووقت الميلاد فغي رجب الاصم في عام سبع وستين واربعماية والله المحمود المصلي علي (461) محمد واله واصحابه وهذا اخر الاجازة وقد اطال القول فيها ولم يصرح له بمقصوده وما اعلم هل اجازه بعد ذلك ام لا وبيني وبينه في الرواية شخص واحد فانه اجاز زينب بنت الشعري ولي منها اجازة كما تقدم في ترجمتها في حرف الزاي (462) ومن شعره السائر قوله وقد ذكره السمعاني في الذيل قال انشدني احمد بن محمود

(458) L. وما مبلغ علمي. Recte, sed و ante ما tollendum. B وما بلغ علمي. (459) B bene فاطلعته علي امري, tum (una cum L.) recte inserit اليه post وافضيته et male legit بخية. L. paullo post عجزي. (460) L. رحمه الله يقول, deinde المولد pro الميلاد. (461) Leyd. عليه. Non male. (462) في حرف الزاي omittit L.

محمود الخوارزمي املاء بسمرقند [قال] انشدنا محمود بن عمر الزمخشري لنفسه بخوارزم وذكر الابيات وهي

الا قل لسعدى ما لنا فيك من وطر وما يطلبن النجل من اعين البقر (463)
فلمّا اقتصرنا بالذين تضايقت عيونهم والله يجزي من اقتصر (464)
مليح ولكن عنده كل جفوة ولم ار في الدنيا صفاء بلا كدر
ولم انس اذ غازلته قرب روضة الي جنب روض فيه للماء منحدر
فقلت له جئني بورد وانما اردت به ورد الخدود وما شعر
فقال انتظرني رجع طرف اجي به فقلت له هيهات ما لي فتنتظر
فقال ولا ورد سوي الخد حاضر فقلت له اني قنعت بما حضر

ومن شعره يرثي شيخه ابا مضر منصور المذكور اولا وهو

وقايلة ما هذه الدرر التي تساقط من عينيك سمطين سمطين
فقلت لها الدر الذي كان قد حشا ابو مضر اذني تساقط من عيني (465)

وهذا مثل قول القاضي ابي بكر الارّجاني ناصح الدين المقدم ذكره ولا اعلم ايهما اخذ من الاخر لانهما كانا متعاصرين وهو

لم يبكني الا حديث فراقهم لمّا اسرّ به اليّ مودّعي
هو ذلك الدر الذي اودعتهم في مسمعي اجريته من مدمعي (466)

وهذان

(463) L. initio versus الا حل سعدي, tum تطيبن pro يطلبن. Eandem vocem punctis diacriticis destitutam reliquit librarius in B. (464) In vs. 2 omnes فانا pro فلما. B اعينهم pro عيونهم. In vs. 3 L. ولاكن et in vs. 4 اذا pro اذ et حوض pro vitioso روض. Denique in penultimo L. انتظر في رجع طرف. L. et B منتظر pro فتنتظر. Recte. (465) Lege in vs 2 cum Leyd. الدرر التي consentiente Abulf. A. M. T. III. p. 490, qui praeterea male legit احشي in primo vs. et تساقطت in utroque. (466) L. legit الدرر pro الدر.

وهذان البيتان من جملة قصيدة طويلة بديعة ومن المنسوب الي القاضي الفاضل في هذا المعني قوله

لا تنزدني نظرة ثانية كفت الاولي ووفّت تمنّي
لك في قلبي حديث مودّع لا جحدت الحب ما اودعني
خذه من جفني عقودا انه بعض ما اودعته في اذني (467)

ومما انشد لغيره في الكشاف عند تفسير قوله تعالي في سورة البقر ان الله لا يستحي ان يضرب مثلا ما بعوضة فما فوقها فانه قال انشدت لبعضهم

يا من يري مد البعوض جناحها في ظلمة الليل البهيم الاليل
ويري مناط عروقها في نحرها والمخّ من تلك العظام النُحّل
اغفر لعبد تاب من فرطاته ما كان منه في الزمان الاول (468)

وكان بعض الفضلاء قد انشدني هذه الابيات بمدينة حلب وقال ان الزمخشري المذكور اوصي ان تكتب علي لوح قبره ثم انشدني ذلك الفاضل بيتين ايضا (469) وذكر ان صاحبهما اوصي ان يكتبا علي قبره وهما قوله

الهي قد اصبحت ضيفك في الثري وللضيف حق عند كل كريم
فهبْ لي ذنوبي في قراي فانها عظيم ولا يقري بغير عظيم

واخبرني

---

(467) In h. v. عضودا pro عقودا legit L. In sqq. idem كتاب الكشاف. (468) L. pro فرطاتها hoc in versu legit فراطتها, et paullo ante in vs. secundi priore hemlstichio عروق نياطيا, quod etiam est in B. (469) Omittit ايضا L. ut paullo ante قد, et legit ان يكتب pro ان تكتب, consentiente B. Mox omittit قوله.

واخبرني بعض الاصحاب انه راي بجزيرة سواكن قرية (470) ملكها عزيز الدولة ريحان وعلي قبره مكتوب

يا ايها الناس كان لي امل قصرني عن بلوغه الاجل
فليتّق الله ربه رجل امكنه قبل موته العمل
ما انا وحدي نقلت حيث تري كل الي ما نقلت ينتقل

وكانت ولادة الزمخشري يوم الاربعاء السابع والعشرين (471) من شهر رجب سنة سبع وستين واربعماية بزمخشر وتوفي ليلة عرفة سنة ثمان وثلاثين وخمسماية بجرجانية خوارزم بعد رجوعه من مكة المشرفة ورثاه بعضهم بابيات ومن جملتها قوله (472)

فارض مكة تذري الدمع مقلتها حزنا لفرقة جار الله محمود

وزَمَخْشَر — هي قرية كبيرة من قري خوارزم وجُرجانيّة — قصبة خوارزم قال ياقوت الحموي في كتاب البلدان يقال لها بلغتهم كركانج وقد عربت فقيل لها الجرجانية وهي علي شاطي جيحون والله سبحانه وتعالي اعلم بالصواب ۞

Aboul Kasem Mahmoud ibn Omar ibn Mohammed ibn Omar e Khowarezmia Zamakhscharius, Imamus in Corano interpretando, traditione, item Grammatica, linguaeque Arabicae scientia et Rhetorica eximius. Erat seculi sui Coryphaeus, ita ut nulli cederet, eumque certatim omnes adirent (473), *de variis, quas profitebatur, artibus consultum. Gram-*

---

(470) L. قرية. In vs. 2 qui sequitur جل pro رجل. (471) L. سابع وعشرين. In sqq. omittit المشرفة. (472) ومن قوله in Leyd.

(473) Arab. وتشدّ اليه الرحال pp. *et constringebantur ad ipsum* (adeundum) *sellae camelinae.* Eadem phrasi usus est Abulf. A. M. T. IV. p. 240, sed ita ut adjunctis verbis وكانت العلماء

Grammaticam didicerat ab Abou Modharo Mansouro (474), *librosque scripsit admirabiles, in his Al Keschaf* (i. e. manifestatio) (475) *ad Corani Magni interpretationem, cujus praestantiam nemo antiquiorum aequavit; item librum Al Faiek* (sive lectissimum) (476) *ad explicandam traditionem, aliumque de Eloquentiae in Lingua Arabica fundamentis* (477). (Reliquorum hi sunt tituli): *Ver Justorum* (478); *Rerum articuli; De traditionis auctoribus synonymis; Monitiones magnae et parvae; Jumentum errabundum rem amissam quaerentis* (479); *Exercitatio ad praecepta legalia; Liber distinctionis in re Grammatica* (480), *cui explicando multi operam dederunt,*

العلماء يقصدونه من البلاد, *et eruditi è variis regionibus ipsum adibant*, eam explicaret. Soyouthius autem in طبقات المفسرين, sive *classibus Interpretum Corani*, MS. 1873 (416), similem fere loquendi formam usurpat, ubi, brevem notitiam Zamakhscharii nostri proferens, inter alia dicit eum saepius Khorasanam adiisse, et quocumque venisset, homines ad eum discendi caussa confluxisse; tum addit تضرب اليه اكباد الابل, *concutiebantur ad ipsum* (adeundum) *jecora camelorum*, quod ad celeritatem cursus designandam pertinet.

(474) De hujus viri natalibus, morte, patria, aut scriptis nihil reperire potui.

(475) Vid. Herb. v. *Keschaf an hakaïk al tanzil*, sive *revelatio veritatum Corani divinitus demissi:* qui plenus etiam est libri titulus in MSS. Leydd. 75 (491) 76 (349) 77 (360), ubi partes hujus Commentarii exstant.

(476) Ar. الفايق في تفسير الحديث. Secundum Herb. v. *Faik* في لغة الحديث. Exstat in nostris MSS. N. 248 (307).

(477) Cf. Catal. Bibl. Lugd. Bat. p. 463. MS. 1347 (20), ubi hujus libri exemplum reperitur. Adde Casir. *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 172.

(478) Etiam hujus operis exemplum exstat in Bibl. Lugd. Bat. MS. 1945 (379). Est variarum rerum anthologia, de quo vid. Herb. v. *Rabi al abrar.*

(479) ضالّة الناشد. *Libri Memorialis*, sive *Repertorii*, titulus esse videtur, cui illustrando inservire potest locus Yakouti (vide supra p. 104), ubi dicit se cum in Khorasanam venisset, *potitum esse jumento errabundo quaesito, et camelo animi sui desiderata* (فظفر منها بضالّته المنشودة وبعير نفسه المفقودة) i. e. *desiderium post longas moras explevisse.* Sequentem titulum الرايض في الفرايض Herb. v. *Zamakschari* vertit *Livre des successions.*

(480) كتاب المفصّل في النحو. Cf. Herb. v. *Mofassel*, Casir. *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 40, ubi liber vocatur كتاب المفصل في صنعة الاعراب, et de ejus ratione exponitur. Ibidem mentio quo-

runt; Grammaticae exemplar; De iis quae in Grammatica copulativa et disjunctiva sunt; Quaestiones juris primariae; Commentarius in versus Sibouyae (481); *Manuductio in Linguam Arabicam; Diligentissima de proverbiis Arabicis Commentatio* (482); *Adagiorum omnium collectio; Similitudinum Syntagma; Flores Noömani ex veris sententiis Noömani* (483); *Medicina obscuritatis in oratione Schafeï; Trutina prosodiae* (484); *Lexicon definitionum; Via regia ducens ad doctrinarum fundamenta; Introductio ad artes; Syntagma tractatuum, et aliud carminum; Epistola monitoria; Di-*

---

quoque fit operis illius, quod sequitur, الانموذج في النحو sive *Exemplaris Grammatici.* Commentarius in Al Mofassel exstat in Bibl. L. B. MS. 1310 (553. 2).

(481) De Sibouya nobilissimo Grammatico vid. Abulf. A. M. T. II. p. 72 sqq. Ibn Khal. n. 515. Cod. P. T. I. p. 624 sqq. Leyd. M. T. II. p. 137 sq. Adde Herb. v. *Sibouieh* aliosque. Plenum nomen viri erat Abou Baschar Amrou ibn Otsman Al Farsi. Mortuus est circa finem seculi octavi aerae nostrae. De anno magnus dissensus est. Quod ad *Abyat* sive *versus* Sibouyae attinet, qui hic laudantur, exstat hujus tituli liber, teste Herbelotio v. *Abiat Sibouieh*, qui inter illius opera primo loco numeratur.

(482) Cf. MS. 1467 (771) Bibl. L. B., quod opus nomine المصطفي sive *selecti* perperam designavit Reiskius n. 348 ad Abulf. A. M. T. III. p. 489.

(483) شقايق النعمان في حقايق النعمان. Titulum obscuriorem Reiskius l. l. recte retulit ad elogium Noömani i. e. Abou Hanifae, post Herb. v. *Schakaik al Noman*, cujus loci immemor fuit Vir Doct. Nomen floris *Schakaïk Al Noöman*, non tulipae, ut perperam Reisk., sed anemonae nostrae respondentis, ducitur a Noömano Ibn Mondar Hirae rege, ut recte ibidem loci Herb. et Golius in v. ex Kamouso, cujus ipsa verba hic attulisse operae pretium erit: وشقايق النعمان م (i. e. معروف) للواحد والجمع سميت بحمرتها تشبيها بشقيقة البرق اضيف الي ابن منذر لانه جاء الي موضع وقد اعتمّ نبته من اصفر واحمر وفيه من الشقايق ما راقه فقال ما احسن هذه الشقايق احموها وكان اوّل من حماها, *Schakaïk Al Noöman nota vox est, quae singulari et plurali est communis. Ob rubrum colorem sic appellantur, similitudine ducta a fulmine* (Schakikat) *ex nube prorumpente.* (Noömani) *ibn Mondari nomen ex eo gerunt, quod is* (aliquando) *in locum veniens, cujus crocei rubrique flores ad plenam maturitatem adoleverant, imprimis commotus est anemonarum, quae ibi erant, pulcritudine, et dixit: Quam formosae sunt hae anemonae! Has inprimis servate. Fuit autem primus, qui eas in pretio haberet.*

(484) Hunc librum قسطاس العروض ad juris explicationem pertinere male asseverat Herbel. v. *Zamakschari*, uti praeter titulum satis docet commentarius in illum librum, qui exstat MS. 1543 (654. 2).

Dictata (485) *de variis disciplinis etc.* (486). *Librum, qui Almofassel* (sive distinguens) *inscribitur, componere aggressus est ineunte mense Ramadhano A.* 513 (Chr. 1119—20), *eumque perfecit ineunte Moharremo A* 515 (Chr. 1121—2). *Meccam autem urbem nobilissimam cum se contulisset, ibi aliquamdiu religionis caussa moratus est, unde Djar Allah, sive vicinus Dei, appellari meruit, idque nomen ipsi quasi proprium factum est. E nonnullis autem seniorum audivi, eum, altero pede amisso, ligneo fulcro (?) incessisse. Mutilati pedis caussam fuisse ajunt, magnam frigoris niviumque vim, quae, dum aliquando per Khowarezmiam iter faceret, ipsum misere vexaverit. Quin etiam diploma secum gerebat, multorum, qui in rei veritatem inquisiverant, testimoniis confirmatum, metuens ne quis, hujus negotii ignarus, pedem ob crimen aliquod* (487) *abscissum esse existimaret. Nix autem et frigus illis in regionibus, praesertim in Khowarezmia, ubi frigus intensissimum est, tantam vim in corporis ex-*

---

(485) الامالي. Cf. Herb. v. *Amali.* Vox desideratur in Lexicis. Descendit a sing. املاء Inf. Spec. IV verbi ملا. In Lex. Gol. *dictandi* notio cum aliis, quae ad Spec. IV pertinent, male Speciei V adscribitur, qui error etiam in Castelli Lexicon translatus est.

(486) In libris Zamakhscharii ab Ibn Khalic. non memoratis, praeter opus Geographicum, quod supra recensuimus, sunt etiam sequentes: احكام الصفا, sive *Integritatis effata.* MS. L. B. 991 (911. 2). — في اصناف العلوم الادبية, *De variis artibus ad humanitatem pertinentibus.* MS. 1934 (654. 1). — كلم النوابغ, *variorum poëtarum sententiae.* MS. 1696 (814. 7), 1697 (858. 1). Cf. H. A. Schultensium in praef. ad *Anthologiam sentent.* a se editam p. 2 sqq. — مختلف الاسماء, *De nominum discrimine.* Herb. v. *Mokhtalif.* — تاج الاسماء, *Corona nominum* Herb. v. *Tag al esma.* Casir. *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 171. — *Commentarius in Lamiat ol Arab Poetae vetustissimi Schanfarii.* Cf. Casir. *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 135. Hadji Khalifa apud Sacyum C. A. T. III. p. 15. Quod vero Zamakhschario nostro tribuitur Lexicon, MS. B. L. 1345 (3), titulo كتاب المجمل في اللغة كامل, id quidem hujus auctoris nomen in fronte gerit, revera tamen scriptus est ab Ahmede ibn Fares Ar Razi, mortuo A. 390 (Chr. 999—1000) vel 375 (Chr. 985—6). Testantur hoc Abulf. A. M. T. II. p. 604 coll. p. 546. Ibn Khal. n. 48. Cod. Palm. T. I. p. 52. Cod. Leyd. M. T. I. p. 64. et Herb. v. *Razi.* Sic etiam erat in hujus Lexici Cod. Scheid., ipso teste Viro Clar. in nota Codici Leydensi praefixa.

(487) Sic vertimus انه قطعت لريبة. Vox ريبة *criminis* notione caret in Lexx. Confirmabimus illam ex Abulfar. H. D. p. 137 f. لو وجدت احدا من الكهنة في ريبة لسترته بارجوانياتي. *Si sacerdotem criminis reum invenero, obtegam illum vestibus meis purpuratis.*

extremitates exercere solent, ut prorsus mutilentur. Ipse ego vidi complures, qui membra talem ob caussam amiserant; ita ut nemo, qui illud non viderit, a vero remotum existimare debeat. In historici tamen cujusdam recentioris libro reperi Zamakhschariwm, cum Bagdadum transierat, a Fakiho Hanefitico Damaganensi (488), *quem convenerat, de pedis abscissi caussa interrogatum, mali originem ad matris suae diras retulisse. Quippe se, cum adhuc puer esset, passeris capti pedem filo alligasse, eundemque manibus suis elapsum et foramen ingressum, cum iterum assequeretur, filo ad se traxisse, donec pedem avulserit. „Ibi," inquit, „mater mea, dolore percita, precata est, ut mei male perituri* (489) *pedem Deus aliquando pariter rescinderet. Ego vero cum ad eam aetatem pervenissem, qua literis opera tribui solet, Bokharam studiorum caussa pergens, e jumento decidi, pedemque fregi, meque ipse tam male curavi, ut amputari debuerit." Deus autem O. M. scit utrum sit verius. Erat Zamakhscharius noster sectae Môtazalitarum addictus, eâque se publice jactabat. Quin etiam ferunt, eum, cum amicum adiret e suis et admitti vellet,* (servo) *introëundi veniam petituro, dixisse: Ipsi Aboul Kasemum Môtazalitam ad portam adesse nuntia* (490). *Cum*

(488) Hujus viri memoria reperitur apud solum Aboul Mahasenum in libro saepius laudato, ubi Abou Djafar Abdolla ibn Mohammed ibn Ali Damaganensis appellatur, et A. 518 (Chr. 1124—5) obiisse dicitur.

(489) Vocem ابعد h. l. ut superlativum accipio, ejusque significationem in Lexicis desideratam repeto ab illa *pereundi*, quae in verbo exstat.

(490) Huc pertinent illa, quae in nota marginali leguntur apud Soyouthium in طبقات المفسرين, *Classibus Interpretum Corani* l. l. ومن تظاهره به انه كان ياخذ حلقة باب البيت الشريف بيده ويقول انا الشيخ المعتزلي من يبرز لي من يبرز لي ويروي انه تاب في اخر عمره ورجع الي مذهب السنة والجماعة *, *Hanc sectam publice professum esse Zamakhscharium, ex eo apparet, quod annulum januae domus excelsae* (sive Caabae) *apprehenderit, clamitans se Doctorem Môtazalitam esse, et adversarios semel iterumque ad disputationem provocans. Ferunt tamen eum sub finem vitae ad orthodoxam fidem rediisse et communem Theologorum sententiam.* Locus variis de caussis est memorabilis. Nam primum ex eo discimus, quod sive ignorasse, sive minus credidisse videtur Ibn Khalicanus, Zamakhscharium ad fidem orthodoxam rediisse; ut nihil obstet quominus ipse illius mutationis vocis جعل in نزل auctor fuerit, in prooëmium Commentarii Coranici invectae, quam Biographus noster aliis adscribere maluit. Ad sectam autem Haneficicam se tum applicuisse

Cum primum librum Al Keschaf scribere aggrederetur, exordium sive Alkhotbah sic posuit: „ Laus sit Deo, qui Coranum creavit." Ibi nonnullos ipsi objecisse ferunt, fore, ut si verborum sententiam immutatam relinqueret, homines opus refugerent, nec quisquam illud expeteret. Ergo verba sic mutavit: „ Laus Deo, qui Coranum posuit." Quamvis vox جعل (posuit) *apud Môtazalitas revera usurpatur pro* خلق (creavit); *cujus rei probatio, si id nunc ageremus, longiorem disputationem sibi deposceret. Equidem vidi complura exemplaria, in quibus scriptum esset: „ Laus Deo qui demisit Coranum": quae tamen emendatio non ab ipso auctore, sed ab aliis hominibus profecta est* (491). *Scripserat autem Al Hafedh Aboul Thaher Ahmed ibn Mohammed*

Zamakhscharium probabile fit, partim ex libro quem in laudem Abou Hanifae scripsisse, partim ex ejusdem sectae doctore Damaganensi, quem adiisse dicitur. Imo diserte الحنفي vocatur ab Aboul Mahaseno, et inter illius disciplinae principes refertur a Kotlou Boga MS. 1884 (772), eundemque Abulf. A. M. T. III. p. 488 fuisse dicit حنفي الفروع معتزلي الأصول, *Hanefitam in rebus secundi ordinis, Môtazalitam in fundamentis religionis.* Ab hac igitur Môtazalitarum doctrina (cui teste Lexico Geographico v. خوارزم omnes fere favebant Khowaresmii,) se converterat noster ad الجماعة, quod vocabulum in Lexicis non occurrit et explicandum est verbis Viri Celeb. de Sacy, illud in nota ad Mirkhondi *Hist. Ismaelit.* in *Not. et Extr.* T. IX. p. 144. n. a. sic definientis: *la doctrine fondée sur l'opinion uniforme des docteurs.* Unum locum ad rariorem notionem confirmandam addemus petitum ex Wakidaeo MS. *de Expugn. Syr.* p. 196. فمن اراد بتوجه الجنّة فليلزم الجماعة, *Qui in Paradisum pervenire cupit, is orthodoxae fidei adhaerere debet.* Nec vero minore observatione dignum est illud quod in annotatione superius a nobis descripta traditur de annulo Caabae, a Zamakhschario, dum obtestaretur adversarios, apprehenso. Mos iste ad veterem religionem pertinuisse, et a Paganismo ad Islamismum transiisse videtur, ut, quemadmodum alii populi antiqui aram, sic Arabes in jurando, testando, Deumque invocando, Caabae portam ejusque annulum attigerint. Ita in alio, quod unicum mihi occurrit, ritus illius exemplo, apud Thabaritam *Hist. Jôctanid.* p. 122, Abdol Mothalleb, ingruentibus Habessinorum armis, annulum portae Aedis sacrae retinens, auxilium Divinum adversus hostes implorasse fertur.

(491) MS. Leyd. 75 (491), qui commentarii Coranici initium continet, incipit more vulgari a verbis الحمد لله الذي انزل القرآن. Môtazalitas autem Coranum creatum statuisse, notum est. Cf. Herb. v. *Motazelah* et *Alcoran* etc. Maraccius *Prodrom. in Alcor.* P. III. p. 74. c. 2. Pocock. *Spec. Hist. Ar.* p. 220, 222 sq. alios. Magnis haec opinio turbis occasionem praebuit sub Khalifis Mamouno, Môtasemo et Watseko, qui illi impense favebant. Controversiae tandem finem imposuit Motawaccelus. Praeter Pocockium l. l. p. 223 et Herbel. v. *Alcoran* p. 85 b. et 86, item

v. v.

med As Silafi, quem supra quoque memoratum (492) *misericordia sua beët Deus O. M.*; *scripserat igitur ad Zamakhscharium, Meccae tum temporis religionis caussa versantem*

---

v. v. *Motassem, Motavakkel* p. 642 a media, *Vathec* etc., hac de re conferri merentur Abulfar. H. D. p. 245, 252 sq., 257, 262. *Chron. Syr.* p. 161. Eutych. T. II. p 442. Elmacin. p. 138 m. 146 f. et 147. item p. 161 m., cujus tamen sententiam, falsa lectione حلق القران obscuratam, non assecutus interpres, ubique nescio quid de *formula Corani* comminiscitur. Taceo de aliis versionis erroribus, v. g. quod p. 138, Ahmed ibn Habib memoratur pro Ahmede ibn Hanbal, cujus praecipuae partes hoc in negotio fuerunt. Hic enim A. 218 (Chr. 833) quo primum tempore Mamounus adversae sententiae patronos ad Corani creationem confitendam adigere instituit, Principi pertinaciter restitit, et in vinculis Tarsum deportatus, Mamouni tum in Graeca ditione agentis interitu aegre periculo exemtus est; cf. imprimis Abulf. A. M. T. II. p. 154—160 coll. p. 148, dein anno sequente eadem de caussa flagris caesus, et in vincula conjectus est a Mótasemo, ibid. p. 168, idque operam dante Abou Abdolla Ahmede ibn Abou Dowad (دؤاد) Faradj Judicum Bagdadensium summo, Waseli ibn Atha Mótazalitae primario discipulo, quem Abulf. l. l. p. 176 et 184, item Abdol Wahab ibn As Sebeki in *vitis Doctorum Schafeïticorum*, laud. a Reiskio in not. hist. n. 149, perperam Ibn Abou Daoudum (داود) appellant, solus Ibn Khal. in ejus vita n. 31. Cod. P. T. I. p. 31—38, Leyd. M. T. I. p. 38—46, Ibn Abou Doaad (دااد), vel potius, ut ipse scribi jubet, Dowad, (دؤاد) vocavit. Hic Vir natus A. 160 (Chr. 776—7), defunctus A. 240 (Chr. 854—5), Mamouni et duorum insequentium principum gratia floruit; a Motawaccelo, cui ipse Khalifatum detulerat, Summi Judicis munere privatus est. Hunc vero, ut supra diximus, et harum turbarum auctorem primarium, et in vexando Ahmede Hanbalitico signiferum fuisse, partim testantur Eutychius et Ibn As Sebeki ll. ll. partim Ibn Khalicanus, qui haec ad A. 220 (Chr. 835—6) referens, inter alia dicit: وأمتحن ابن ابي دااد الامام احمد بن حنبل والزمه بالقول بخلق القران الكريم وذلك في شهر رمضان من سنة عشرين ومايتين. — Quodnisi funesta illa clade, die 12 Januarii A. 1807, prima pars Operis Ibn As Sebekii in aedibus Ravii V. C. periisset, accuratius et de universae controversiae ratione, et de Scholastica inter verba خلق et جعل distinctione, exponere potuissemus: nunc vero contenti esse debemus editorum auctorum testimoniis, ex quibus constat hanc verborum subtilitatem non a Mótazalitis sed ab orthodoxis fluxisse. Teste enim Abulfaragio H. D. l. l. p 252 sq., qui haec A. 219 sub Mótasemo Khalifa accidisse memorat, cum orthodoxi ad Corani creationem admittendam urgerentur, unus illorum Abou Haroun ibn Al Baca confessus est Coranum esse مجعول, quippe Deum dixisse: انا جعلناه قرانا عربيا, *Nos posuimus eum Coranum Arabicum:* dein omne *positum* sive مجعول etiam *creatum* esse agnovit: licet Coranum creatum esse fateri nollet. Idem fere sequitur Herbel. v. *Alcoran*, Abulfeda autem l. l. p. 158 de eadem absurditate refert uberius; licet Abou Harouni nomen reticeat. Apparet ergo cur vocabulo مجعول usi

tem, ut diploma sive licentiam et ore et scriptis docendi ab eo peteret (493); *quibus literis ita respondit Zamakhscharius, ut sitientis desiderium non expleret. Ergo proximo*

---

usi sint Môtazalitae. Nam illud, ipsis adversariis consentientibus, idem significabat ac مخلوق, et tamen citra offensionem de Corano usurpari poterat.

(492) Qui hic laudatur, Isfahanensis genere variisque doctrinis excultus fuit, natus A. 472 (Chr. 1079—80), defunctus A. 576 (Chr. 1180—1) Alexandriae, quo A. 511 (Chr. 1117—8) transierat. Nomen السلفي traxerat ab avo سلفة (*Silafah*), quae vox Persice سلبة scripta *tres* notat, si Ibn Khalicano credas hoc asseveranti in vita hujus Silafii n. 43. Cod. P. T. I. p. 46, et Cod. Leyd. M. T. I. p. 56.

(493) Sic vertimus Arabica يستجيزه في مصنفاته ومسموعاته. Spectant haec verba consuetudinem Orientis paullo obscuriorem, quae اجازة sive *approbatio* appellatur, et bis obiter tangitur a Viro Celeb. de Sacy. Alter locus est in Chrestom. Arab. T. II. p. 422, ubi vertit per *admettre à la licence*, hanc vocabuli explicationem subjungens: *Il est certain, qu'il ne peut signifier qu'une attestation d'études et de capacité, contenant une permission d'enseigner par écrit et de vive voix* etc., ad quem expositionem provocat in notis ad vitam Abdollathifi *Relat. de l'Egypte*, p. 535. 6. واكثر زماني مصروف في سماع الحديث واخذت لي اجازة من شيوخ ببغداد وخراسان والشام ومصر, *Major pars temporis traditionibus audiendis impendebatur, mihique diploma sumebam a Doctoribus Bagdadi, Khorasanae, Syriae et Aegypti.* — Adde Soyouthium l. l. de Zamakhschario وحدث واجاز للسلفي وزينب الشعرية, *Traditiones docuit, licentiamque concessit Silafiensi et Zeinebo Schâriticae.* Ibn Khal. in vita Aboul Thaheri Barakaati ibn Scheikh Abou Ishak Ibrahim n. 110. Cod. Palm. T. I. p. 131. Leyd. M. T. I. p. 159. كان له سماعات عالية واجازات تفرد بها والحق الاصاغر والاكابر فانه انفرد في اخر عمره بالسماع والاجازة من ابي محمد هبة الله بن احمد الاكفاني وانفرد بالاجازة من ابي محمد بن (dele بن) القاسم الحريري — وهو من بيت الحديث حدث هو وابوه وجده, *Doctores eminentes audiverat, licentiaeque diplomata habebat, aliis non concessa, et majores minoresque natu* (discendi caussa) *adiit. Extrema aetate solus audivit Abou Mohammedem Hebat Allah Al Acfanium, a quo etiam uti et ab Abou Mohammede Al Kasemo Haririo diploma doctoratus accepit. Fuit ex familia traditionibus narrandis dedita. Nam ipse et pater et avus eas docuere.* Ibid. paullo post de se ipso addit Ibn Khalic. واجتمعت بجماعة من اصحاب ابي الطاهر المذكور وسمعت عليهم واجازوني ولقيت ولده بالديار المصرية وكان يتردد الي في كثير من الاوقات واجازني جميع مسموعاته واجازاته من ابيه *, *Ego complures Aboul Thaheri illius memorati conveni discipulos, iisque auditis, diploma licentiae accepi. Filium ejus quoque obvium habui, qui me saepissime invisere solebat, mihique omnes scholas suas* (audiendi) *licentiam concessit. Ipse autem sua diplomata a patre acce-pe-*

mo anno aliam epistolam per peregrinatorum Meccanorum aliquem ad eum ejusdem veniae flagitandae caussa misit, in qua postquam de postulatis suis exposuerat, haec denique subjungit: „ Non opus est ut (Doctor), *quem Deus diu secundet, respondeat. Longum enim nos intervallum dirimit. Cum vero superiore anno eum per literas adirem, ita rescripsit, ut sitim meam non restingueret, quamvis* (illud) *maximi mihi praemii*

---

perat. Idem in vita Zeinebi Bint Asch Schaâri n. 250. Cod. P. T. I. p. 307, Leyd. M. T. I. p. 339 (ad quem locum noster infra in hac ipsa vita provocat). *Audivit*, inquit, *complures Viros doctos*, واخذت عنهم رواية واجازة وسمعت من ابي محمد اسمعيل — واجاز لها — ابو القاسم محمد بن عمر الزمخشري — ولنا منها اجازة كتبتها في بعض شهور سنة عشر وستماية ومولدي يوم الخميس بعد صلاة العصر حادي عشر شهر ربيع الاخر سنة ثمان وستماية بمدينة اربل *didicitque ab illis traditionem et diploma licentiae accepit, audivitque Abou Mohammedem Ismaëlem, eique diploma dedit Aboul Kasem Mohammed ibn Omar Zamakhscharius, aliudque ab ea acceptum nos possidemus, scriptum aliquo mense A.* 610 (Chr. 1213—4). *Ego autem natus eram die Jovis post preces pomeridianas undecimo mensis Rabiae posterioris A.* 608 (Chr. 1211—12) *in urbe Arbela.* Denique in vita Aboul Walidi Soleimani ibn Khalaf (n. 274. Cod. Palm. T. I. p. 331. Leyd. M. T. I. p. 360), a quo Bokharius traditionem acceperat: وكان يقول سمعت ابا ذر عبد بن احمد المروزي يقول لو صحت الاجازة لبطلت الرحلة, *Dicebat se audivisse Abou Dorrum Abdum ibn Ahmed Merouzium asseverantem: Si diploma bonum sit* (i. e. si boni doctoris et celebrati auditor fueris, ab eoque diploma acceperis), *vana sunt itinera* (doctrinae adipiscendae gratia suscepta). Ultima fortasse melius exponantur: *Si ab egregio doctore licentiam ipsius audiendi, et audita aliis tradendi acceperis, non amplius tibi cordi est discendi gratia ad eum iter suscipere.* Ex horum autem comparatione locorum (quae, ut melius de nostrae opinionis ratione constaret, integra descripsimus, hoc effici videtur: *Celebriores traditionis magistros,* (*nam de eo imprimis doctrinae genere in locis laudd. sermo est,*) *dedisse sive discipulis, sive minoris auctoritatis doctoribus, Idjazet* (*vel approbationem*), *diversis, pro rei varietate, verbis conceptam. Nam aliis hoc concessum, ut scholas frequentare liceret; aliis auditae et bene perceptae traditionis testimonium tributum; doctoribus denique ad doctrinae commendationem honorificum diploma datum est. Cum autem capax et facilis puerorum memoria traditionibus servandis esset aptissima, earumque tanto major esset futura auctoritas, quanto pauciores eas perpetua successione ad posteritatem propagassent; operam dederunt ut a pueris inde senes et aetate provectiores maxime audirent. Dein, cum, quo plura quis testimonia sibi comparasset, eo major ipsi fides haberi posse videretur traditiones docenti, eo res devenit, ut etiam ab illis diplomata sibi sumerent, quos numquam audivissent nec essent audituri: quo et Abdollathifi exemplum, et locum quem ex Ibn Khalicano postremum laudavimus, pertinere existimo.*

mii loco reputavi (494)." *Huic vero epistolae Zamakhscharius tale dedit responsum, ut, nisi nimis longum foret, id una cum petitione totum in meam scriptionem transtulissem. Nunc vero nonnulla tantum summatim ex eo referemus.* „*Si inter me,*" *in-* „*quit* „*et doctorum signiferos comparatio instituatur, haud aliter futurum est, ac si stellam Ursae majoris obscurissimam cum coeli luminaribus contendas, aut nubem sterilem, pluviae leniter delabentis expertem* (495), *cum imbre matutino campos collesque mer-*

---

(494) Verba Arabica ambigua sunt et etiam sic accipi possunt: *Si desiderio meo satisfecisset, id profecto maximi praemii loco habuissem.*

(495) الجهام الصفر من الرهام. Pertinet ad sermonis Arabici exuberantiam. Nam جهام absolute notat *nubem cujus pluvia jam effusa est.* Zouzenius ad vs. 24 Lebidi والجهام السحاب الذي قد أراق ماءه. Hinc proverbium illud apud Meid. p. 176 f. n. 1869 رعدا وبرقا والجهام جافر, *Tonitru et fulgur* (emittit), *et nubes vacua est effusa pluvia*, ubi haec notat Meid. يقال جفل السحاب وجفر اذا راق ماءه وتصب رعدا وبرقا علي المصدر اي يرعد رعدا ويبرق برقا يضرب لمن يتزيا بما ليس فيه, *Dicitur de nube* جفر et جفل, *ubi effusa est aqua ejus. Positum autem* رعدا et برقا *in infinitivi accusativo; quasi dicas, tonando* (رعدا) *tonuit, et fulminando* (برقا) *fulminavit. Proverbium de eo usurpatur, qui bonis se jactat quibus caret.* Quod paullo post sequitur غوادي apud Golium non exstat. Ejus sing. غادية de *matutina nube*, sive *mane pluviam effundente*, usurpatur, et reperitur in Lexicis. Pluralem invenias in Hamasae Excerptis Schultensianis p. 554, ubi vide notas, in vs. poëtae apud Reisk. in not. ad Thar. p. 99, et Schult. ad Meid. p. 234, item in elegantissima praefatione Kamusi, ubi inter alia Deus vocatur: مفيض الايادي بالروايح والغوادي, *effundens beneficia nubibus vespertinis et matutinis.* Singularem غادٍ, qui itidem in Lexicis deficit, sic usurpavit in sua Moâllaka Lebidus, vs. 5, ut etiam ipse nubem pluviamque vespertinam cum matutina componeret, ubi terram pluviis rigari dicit

من كل سارية وغادٍ مدجن وعشيّة متجاوب ارزامها

Ex omni nube nocturna et matutina coelum obscurante, et vespertina, cujus tonitrua sibi mutuo respondent.

Quae solennis apud elegantiores Arabes oppositio forte adhibenda est ad corrigendam lectionem in vs. Antarae 16, Scholiastae observatione obscuratam. Nam etsi eo in loco vocabulum غادٍ, aut ejus derivata, non exstent, res tamen eadem esse videtur. Nunc ex Grammaticorum praecepto sic legitur prius hemistichium: جادت عليه كلّ بكرٍ حرّةٍ, quod explicant: *copiose rigat eam* (herbam) *omnis nubes pluviae praecocis*, sive *fecundae, carens grandine et vento.* Non prorsus nego hanc vo-

mergente, aut equum decimo loco in stadio relictum cum victoribus, vel milvos denique cum generosis aquilis (496) *componas. Viri autem doctissimi cognomen simile est literis vexillo inscriptis* (497). *Caeterum eruditio urbs est, cujus altera porta ad scientiam, altera ad traditionem ducit. Ego vero ad utramque portam exiguum mihi peculium comparavi, ubi umbra mea contractior est umbrâ glareae* (498). *Nam sive doctrinam meam spectes traditionariam, illa ortu recentior est, et proximorum* (huic aevo) *testium, nec doctorum et solertium virorum, neque insignium et illustrium fide ni-*

---

vocis بكر notionem exstare posse, cum illa apud Firouzabadium explicetur per سحابة غزيرة, sive *nubem abundantem:* quamvis illud quoque ex hoc loco male intellecto arreptum existimem. Hoc vero non apparet, huic vocabulo satis idonea de caussa *matutinae nubis* significationem a Jonesio aliisque tribui, loco melius convenientem. Quae cum ita sint, equidem et sensui, et Grammaticae rationi melius consultum iri arbitror, si sic duos versus conjunctim legamus et interpretemur:

جادت عليه كُلّ بكرٍ حرّة فتركن كل قرارة كالدرهم

سحا وتسكابا فكلّ عشيّة يجري عليها الماء لم يتصرم

Copiose eam rigat omni tempore matutino *nubes, quae fossulas omnes relinquat nummo similes, Pluviam in eas effundens;* omnique vespera *defluit in hortùm aqua, quae non intermittatur.*

(496) Duae hic iterum adsunt figurae nobilissimae. Prior est equi السكيت, sive *decimo loco in stadio relicti*, cui illustrandae inservit elegantissima observatio Tebrizii in not. Schult. ad Hamasam p. 450. Obiter observandum est illius lacunam loci suppleri a Reiskio ad Abulf. A. M. T. II. p. 496. n. *g*, et verba وهو المجلّي لانه يجلّي عن صاحبه vertenda esse: *Hic vocatur illustrans, quia nobilitat dominum suum.* Altera figura *milvos cum aquilis componere* proverbii speciem habet; easdemque aves saepius conjungere solent Arabes, ad homines minoris pretii cum nobilioribus et illustrioribus comparandos. Hinc adagium illud, quod a Golio in v. بغاث memoratum, et usurpatum negativo sensu ab Har. Cons. VI. p. 200, exstat inter Meidanii proverbia Schultensiana n. 428. p. 283.

(497) Sensus est: quod vulgo me العلامة sive Virum Doctissimum appellant (eo enim titulo omnes Zamakhscharium insigniunt,), id ad speciem pulcrum, revera tamen nihili est.

(498) Etiam hoc proverbium esse videtur, quamvis illud apud Meidanium non reperiam. Phrasis autem ظل حصاة, *umbra glareae* habet aliquam acuminis similitudinem cum illo Coranico ظلل من النار, *umbracula ex igne.* Glarea enim calorem potius auget radios solares repercutiens, quam refrigerationem praestat.

nititur: sive scientiam (proprie dictam), *est illa aquae parum, quod ora non attingat, humorisque pauxillum, quod labia non madefaciat."* *Dein* (nonnullis interjectis) *addit:* „*Neque vero te decipiat nonnullorum de me oratio,"* *enumeratque complures poëtas, virosque doctos, qui aliquam carminum suorum partem ejus laudibus dicaverint, eosque recenset omnes; quam seriem hic quoque loci repetere minime necessarium duximus. His absolutis, sic pergit:* „*Enimvero hi decepti sunt externa specie fucata et internae deformitatis ignorantia. Fortassis illud eos in errorem abduxit, quod me sincera monita Moslemis dedisse, et erga eos qui me delirii incusarunt* (499), *clementissimum esse viderent, eosque a cupiditatibus abduxisse, et beneficiis muneribusque cumulasse, meque animum meum devicisse, et curasse ut illum insano rerum mundanarum studio eximerem, item, ut praecepta lege mihi imposita exsequerer, meque a rebus nihil profuturis averterem. Hinc factum est ut illis illustris esse viderer, et perperam de me judicarent, mihique illud adscriberent, cujus in me nec vola exstat nec vestigium* (500). *Neque vero haec dicens mihi ipse quidquam detraho: quemadmodum Hasanus, cujus Deus misereatur, de Abu Becro As Seddiko c. d. b. v. dixit:* „*Vere fidelem sua ipsum merita minuere."* *Is enim se reliquorum quidem Principem, at minime tamen virtute praestantiorem esse affirmaverat* (501). *Ego contra ex vero et diligenter inquisivi in me ipsum, et cognitionis tam ad traditionem quam ad scientiam pertinentis recessum. Quemcumque vero obvium habeam, a quo pro scientiae meae modulo et arctis praestantiae meae finibus, aliquid discam, huic rem meam conspiciendam impertio, ei-*

---

(499) Secuti sumus lectionem Cod. Leyd. M. المستفندين. Deëst in Lexicis hujus verbi Sp. X, quam ex analogiae legibus explicuimus. Illos autem h. l. designare videtur auctor, qui Môtazaliticae sectae studium in eo improbabant.

(500) Ar. ما لست منه في قبيل ولا دبير. Proprie: *Cujus ego nec filum sum antrorsum ductum, neque retrorsum.*

(501) Videntur haec verba ab Abou Becro prolata esse cum Khalifatum susciperet, et primum pro concione verba faceret, quo tempore Abulphar. H. D. p. 172 eum in suggestu dixisse refert اقيلوني من هذا الامر فلست بخيركم. Quod vero effatum hic Hasano tribuitur, id certe non imperante Abubecro sed postea dixit. Nam eo tempore vix annum agebat octavum, natus post fugam tertio. Cf. Abulf. A. M. T. I. p. 90, 350.

eique arcani mei latibulum aperio, et infortunium malumque meum cum eo communico, eumque de rebus certis meis et controversis edoceo. Locus autem natalis (ne eo scilicet gloriari possim,) *vicus est ignobilis in Khowarezmia, qui Zamakhschar appellatur; audivique patrem meum c. d. b. v. narrantem, eo transisse aliquando Arabem Nomadem, et cum ipsi interroganti relatum esset vicum Zamakschar, et praefectum Reddaad vocari, respondisse* (in verbis ludentem): *La khair fi schar waradd.* (Nullum in malo et pravo bonum esse potest:) *neque eo divertere voluisse. Tempus vero nativitatis fuit mense Redjebo ineffabili* (502) *A.* 467 (Chr. 1074—5). *Quod restat, Deus sit laudatus, et benedictione prosequatur Mohammedem, ejusque familiam et socios.*" *Haec sunt extrema verba diplomatis, de quo prolixe diximus. Non igitur qualis esset animi sententia in eo aperte declaravit Zamakhscharius. An vero postea docendi licentiam ipsi* (Aboul Thahero) *concesserit, resciscere non potui* (503). *Ego certe traditionem ab illo, unius tantum intermedii auctoris beneficio, accepi. Nam ipse docendi veniam dederat Zeinebae bint Asch Schaâri, cujus ego diploma mihi datum possideo, quemadmodum supra in illius vita traditum est sub Litera Ze* (504). *Ex pervulgatis illius carminibus hoc est, quod etiam memorat As Samâani* (505) *in libro Dzil*

(502) Aut *surdo* vel *quieto*, quoniam eo mense pugna olim erat prohibita. Cf. Herb. v. *Regeb.* Djeuh. in رجب ait: سمي رجب لانهم كانوا يعظمونه في الجاهلية ولا يستحلون فيه القتال وانما قيل رجب مضر لانهم كانوا اشد تعظيما له, cujus loci sensum expressit Pocock. *Spec. Hist. Arab.* p. 182. Ed. nov. De voce اصمّ h. s. sic loquitur Firouzabad. v. صمّ — ورجب الاصم لانه لا ينادي فيه يا لفلان ويا صباحاه, *Redjeb vocatur* الاصم, *quoniam tum non clamabatur: Heus ades ad istum! O hostilis invasio!*

(503) Cf. locus Soyouthii laud. n. 493, ubi diserte affirmat Aboul Thahero اجازة dedisse Zamakhscharium.

(504) Locum supra jam laudavimus n. 493. Zeineba autem ista nata est A. 524 (Chr. 1129—30), mortua A. 615 (Chr. 1218—9). Nomen Bint Asch Schaari a quodam proavo duxerat: nam ipsa filia erat Aboul Kasemi Abdor Rahmani Nisaburiensis.

(505) Est cognomen a familia Samâan, quae ad Temimitas pertinet, derivatum, et tributum Abou Saâdo Abdol Kerimo Merouzio, qui natus est A. 506 (Chr. 1112—3) mortuus A. 562 (Chr. 1166—7) Auctor fuit πολύγραφος. Quod hic memoratur opus, videtur esse appendix Chronici

Dzil (sive Appendix) *inscripto*, *dicens illud sibi recitatum esse ab Ahmede ibn Mahmoud Khowarezmio* (506), *cum is praelectionem haberet Samarkandae; qui idem audiverat a Mahmoudo ibn Omar Zamakhschario auctore prolatum in Khowarezmia: quibus praemissis hos subjungit versus:*

Nisi felicitas mea parva sit, te quidem non indigeo. Neque enim placent oculi bovinis ampliores!

Nos profecto contenti sumus illis, quorum sunt oculi contractiores, et qui contentus est, huic Deus praemium tribuit.

Pulcer est, verumtamen omnia dura sunt in eo et iniqua. Equidem non vidi in hoc mundo claritatem nulla impuritate mixtam.

Memini adhuc me sermone illum demulsisse amatorio, juxta hortum, ad latus piscinae in quam aquae defluebant,

Eique dixisse: Rosam mihi affer. Ipse vero me genarum rosam voluisse ignorabat,

Respondebatque: Exspecta me, dum (ad eam quaerendam) *ea qua huc veni redeam. Tum ego: Huc ades! non est exspectandi occasio.*

At ille regessit: Non adest hic rosa praeter genam. Ibi ego: Equidem, ea quae adest, contentus sum (507)*!*

Est etiam ex illius carminibus illud, quo deflevit doctorem suum Abou Modharum Mansourum ab initio memoratum. Illa autem elegia est hujusmodi:

Dix-

---

nici Bagdadensis, non tria, ut Herb. v. *Tarikh Bagdad* testatur, sed quindecim volumina continens. Cf. de hoc auctore Herb. v. *Samani* item *Ansab al Samani* etc. Rosenmüller in *Fundgr. des Orients*, T. I. p. 216 sq. Abulf. A. M. T. III. p. 604 sq. Ibn Khal. n. 406. Cod. P. T. I. p. 473 sqq. Leyd. M. T. II. p. 78.

(506) De hoc viro mihi huc usque nihil compertum est.

(507) Ostendunt hi versiculi nostrum flagitiosis puerorum amoribus deditum fuisse. Pertinent autem ad Speciem primam. In quarta et ultima sede dijambum habent omnes. In primo versu ob metrum lego سعدي, licet لسعدي forte ad sensum sit facilius. بظلنين, quod sequitur, explicare non possum; licet metro respondeat. Expressi illud تطيبن quod leges carminis non ferunt. In vs. 2 lege اعيذهم pro عيونهم cum B, ut sit trochaeus in sede quarta pro jambo. In vs. 3 cum eodem لاكن reponendum ob metri leges. Denique in vs. sexti priore hemistichio voces رجع طرف

ver-

Dixitque amica: Quaenam sunt illae margaritae, quae veluti gemina unionum fila ex oculis tuis decidunt?

Eique respondi: Margaritae, quibus aures meas oppleyit Abou Modhar; hae jam ex oculis defluunt (508).

Hoc autem simile est verbis Kadhii Abou Becri Arradjanensis Nasihoddini (509), *cujus supra mentionem fecimus. Cum autem aequales fuerint, uter ab utro sumserit, nescio. En illa:*

Nihil me ad lacrymas commovit, nisi nuntius discessus eorum, quem mihi (amicus) *valedicturus aperuit.*

Illas margaritas, quas ab iis accepi in auribus depositas, nunc ex meo lacrymarum fonte effundo (510).

Desumti sunt hi duo versiculi ex longissimo et admirabili Idyllio. Inter ea quae in hanc

---

verti ut potui. Metrum certe vitiatum est. Ibidem lege لي منتظر. Cf. Vir Cel. S. de Sacy, in censura libri Freytagiani, qui *Excerpta ex historia Halebi* inscribitur (*Journal des Savans*, Fevr. 1820. p. 74). Caeterum sensus carminis (cujus vs. 2 et 3 apud Abulf. A. M. T. III. p. 490 exstant,) est facilis. Alloquitur Poëta amasium, ejusque oculos vituperat ampliores, aliumque sibi fuisse dicit ἐρώμενον, fastuosum quidem, sed magis sibi placentem, et amatorium cum eo colloquium describit.

(508) Carmen accurate formatum est ad leges Speciei primae.

(509) Proprium viri nomen fuit Ahmed ibn Mohammed. Inter poëtas celeberrimos numeratur, et literas humaniores docuit Emadoddinum Ispahanensem Saladini scribam. Natus est A. 460 (Chr. 1067—8), obiit in urbe Toster A. 544 (Chr. 1149—50). Cf. Abulf. A. M. T. III. p. 512. Ibn Khalicanus (qui de vita ejus retulit n. 62. Cod. P. T. I. p. 70 sqq., Leyd. M. T. I. p. 87 sqq.), ait ارجان a Motanabbio scribi sine Teschdid in Re, a Djeuhario aliisque eandem literam duplicari. Illud autem ارجان esse من كور الاهواز من بلاد خوزستان. De scriptionis diversitate cum eo consentit Lex. Geogr. addens وهي مدينة كبيرة كثيرة الخير بها نخل وزيتون وفواكه الحروم والصرود وهي برية بحرية سهلية جبلية بينها وبين البحر مرحلة وهي من كور فارس *Est urbs magnae ditionis, bonis affluens, ubi palmae sunt olivaeque et fructus regionum calidarum et frigidarum. Tractus iste, qui ad Persidem pertinet, partim continentem, partim mare spectat; hic campestris, illic montanus est, et unius diei iter distat a mare.*

(510) Versus sunt trimetri dochimei, qui pertinere videntur ad Speciem V, et pro lubitu in omni sede aut epitritum tertium, aut dochimum secundum admittunt.

hanc sententiam dicta esse feruntur, aliud etiam exstat ad Kadhii Al Fadheli (511) *auctoritatem relatum:*

Ne invisas me iterum, unus sufficit intuitus ad vota mea implenda!

Tui tamquam discessuri sermones cordi inhaerent meo! Amico depositum non denego, quod mihi credidit.

Illud, quod ex cilio meo monilium more dependet, illinc desumito. Nam ad ea pertinet, quae in aure mea deposuisti (512).

Ex carminibus alius argumenti a nostro confectis unum est in Al Keschaf, ubi illa Dei O. M. verba in Capite Al Bakar (sive secundo) *interpretatur:* „ *Deum non pudet desumere parabolam a culice, vel ab eo quod supra eam est,*" *et ad illum locum his verbis se lusisse testatur:*

O Tu qui vides, quomodo suas alas culex extendat in tenebris noctis nigrae, obscurissimae:

Et perspicis praecordiorum venas in ejus pectore, medullamque ossium eorum tenuium!

Ignoscas servo a peccatis resipiscenti, quae superiore tempore ab eo commissa sunt (513)*!*

Hos

(511) Est honoris titulus Abou Alii Abdor Rahimi ibn Aboul Hasan Ali, Veziri Sultani Saladoddini. Ascalone natus est A. 529 (Chr. 1134—5), mortuus Kahirae A. 596 (Chr. 1199—1200). Cf. Sacy, *Relat. de l'Egypte*, p. 489. n. 87 *ad vit. Abdollathifi*, quam vide p. 464. coll. p. 538. Abulf. A. M. T. IV. p. 179. Ibn Khal. n. 384. Cod. P. T. I. p. 445 sqq. Leyd. M. T. II. p. 21 sqq.

(512) Versiculi octavae Speciei formam exprimunt, quae الرمل a celeriore motu appellatur. Cf. Jones l. l. p. 47 sqq. Cler. l. l. C. XIII. Schema hoc est

— ⏑ — —	— ⏑ — —	⏑ ⏑ —	— ⏑ — —	— ⏑ — —	⏑ — —
⏑ ⏑ — —		⏑ — —			⏑ ⏑ —
		— ⏑ —			— ⏑ —

Lectio tamen vitiosa esse videtur in sexto pede primi et in tertio secundi versus, ubi bachium regulae non admittunt. Altera difficultas forte tolli possit si pro مودع, quod diserte habet Cod. P., pronuntietur مودع, ut nunnatio in fine hemistichii efferatur et pes sit Creticus. Tum sensus erit: *Sermones tibi sunt in corde meo depositi.* Alterum vitium aliis emendandum relinquo.

(513) Exstant etiam illi versus in ea parte commentarii Al Keschaf, quae Codice 75 (491) continetur p. 63, et lectionem Leyd. M. عروق نياطها sua auctoritate confirmant. Sunt autem trimetri dochimei, cf. n. 510.

Hos versiculos mihi recitavit eruditorum aliquis in urbe Halebo, Zamakhscharium nostrum testamento praecepisse affirmans, ut sepulcri sui tabulae inscriberentur. Tum idem vir praestantissimus hoc aliud par versiculorum mecum communicavit, quos auctor (anonymus) *etiam suo sepulcro inscribi jusserat.*

Deus mi! Ego sum hospes tuus in tumuli pulvere; hospitibusque jus est apud omnes liberales.

Ergo mihi peccata remitte hospitalis loco muneris: nam illa magna sunt, nec parvis hospes excipitur (514).

Narravit mihi etiam amicorum aliquis, se in insula Sawacen vidisse monumentum, in quo tumulo, ad Aziz Adh Dhaulatum Rihanum (515) *pertinente, haec verba legebantur:*

O mortales! Mihi spes affuit, cujus consequendae facultatem fatum resecuit.

Ergo quis Deum revereatur, Dominum suum, qui operis perficiundi ipsi potestatem faciat!

Neque enim ego solus, quo vides, abii: sed quo ego translatus sum, eo omnes transferentur.

Natus est Zamakhscharius feria quarta, die vigesimo septimo mensis Redjebi A. 467 (Chr. 1074—5), *mortuus nocte Arafati* (nona mensis Dzoul Hadjae) *A.* 538 (Chr. 1143—4), *in*

---

(514) Etiam hi versus sunt Speciei I. In priore legendum videtur إِلَهِي, uti supra n. 507 لِي. Sic de more primus pes erit amphibrachys, secundus epitritus primus. Secunda syllaba in الهي ob omissum elif longa est.

(515) Quis Aziz Adh Dhaulat Rihan fuerit ignorare me fateor. De insula sive peninsula Sawacen, sita in occidentali sinus Arabici latere, cf. Herb. v. *Aidab*, *Colzoum*, *Gaidab*, *Gezirat Souaken* et *Souaken*, Abulf. apud Busching. in *Magazin* etc. T. IV. p. 277, Lex. Geogr. بلد مشهور علي ساحل بحر الحار (?) مرقا السفن الذين يقدمون من جدة, *Urbs nota in litore maris . . . . portus navium, ex Djidda venientium.* Versus sunt Speciei X sive المنسرح, secundum hoc schema:

— — ᴗ — | — ᴗ — ᴗ | — ᴗ ᴗ — | — ᴗ ᴗ — | — ᴗ — ᴗ | — — —
— ᴗ ᴗ — |

Cf. Jones p. 51. Cleric. C. XV. In vs. 2 prima vox pronuntianda est فَلْيَتَّقِ: in tertio, ut metro consulatur, voces sic transponendae: وحدي انا ما نقلت حيث تري.

in urbe Djordjania Khowarezmiae, postquam Meccâ illustrissimâ redierat, eumque deflevit incertus quidam auctor epicedio, in quo hic etiam versus legitur:

Terra Meccae profecto lacrymas fundit oculis, lugens discessum vicini Dei Mahmoudi (516).

Denique Zamakhschar est magnus vicus in Khowarezmia, Djordjania vero oppidum Khowarezmiae, quod, teste Yakouto Hamateno in Ketab Al Boldan, incolarum lingua Corcandj, dein, emollita per Arabismum pronuntiatione, Djordjania appellatum est, et ripae adjacet Djihouni (517). *Deus interim O. M. melius de rei veritate judicare potest.* — Haec de Zamakhschario. Sequuntur jam libri in Catalogo non memorati.

MS.

---

(516) Versus decurrit ad exemplum Speciei III sive البسيط.

(517) Cf. Herb. v. *Gjorgjaniah.* Lex. Geogr. in v. الجرجانية — هو اسم لقصبة اقليم خوارزم مدينة عظيمة علي شاطي نهر جيحون واهل خوارزم يسمونها بلسانهم لركانج (كركانج .l) ويقال لمدينة (للمدينة .l) خوارزم قديما قيل ثم قيل لها المنصورة وكانت لركانج (كركانج .l) مدينة صغيرة في قبالة المنصورة من الجانب الغربي فانتقل اهل خوارزم اليها لاستلاء الماء علي المنصورة وخربت المنصورة جملة حتي لم يبق لها اثر وعظمت هذه وخربها التتر بعد ذلك, *Al Djordjania nomen oppidi climatis Khowarezmiae. Magna est urbs in ripa fluminis Djihouni, quam sua lingua Corcandj appellant Khowarezmii. Antiquitus urbem Khowarezm vocatam fuisse fama est, dein Al Mansouram, cui e regione opposita erat parva civitas Corcandj in ripa occidentali; quo tamen cives Khowarezmii commigrarunt. Quippe aquae in Al Mansouram invaluerant: eaque urbs deinceps ita diruta est, ut nulla ejus vestigia supersint. Corcandj vero magna evasit, et postea a Tataris eversa est.* Idem auctor in v. كركانج sibi ipse oblocutus, diserte negat ullam urbem exstare quae Khowarezm appelletur: وليس خوارزم اسم المدينة بعينها انما هو اسم الناحية باسرها. Tum addit aliam esse urbem, Corcandj minorem appellatam, quae a majore sive Djordjania tres parasangas distet, vel decem millaria, uti Abulfeda testatur, e cujus mente Corcandj minor Djordjania vocatur, licet hoc nomen utrique commune fuisse non neget. Petis de la Croix, *Hist. de Genghizc.* L. III. Chap. V. p. 304, Abulfedam auctorem laudans, Khowarezm non regionis tantum sed urbis quoque nomen fuisse tradit, a Persis postea *Corcange*, a Mongolis *Orcange* vocatae, quod nomen Mongolicum etiam hodieque usurpari discas ex Abdol Kerimi itinerario, in Langlesii *Collection de voyages* etc. T. I. p. 64. Discrepantes scriptorum opiniones hac de re conciliare non possum: hoc unum addo: Moschtarekum Yakouti male ab Abulfeda, qui eum diserte laudat, excerptum esse, neque in omnibus respondere Lexico Geographico. Nam quinque ponit parasangas inter Corcandj majorem et minorem: priori vero nomina etiam tribuit Khowarezm et Al Djordjania.

MS. 334 (n. 3) كتاب الانساب المتّفقة في الخط المتماثلة في النُقط والضبط تصنيف الشيخ الامام الحافظ ابي الفضل محمد بن طاهر بن علي المقدسي, *Liber nominum gentilium scriptione secum mutuo convenientium, vocalibus et orthographia similium, compositus a Doctore Imamo Al Hafedho Aboul Fadhlo Mohammede ibn Thaher ibn Ali Hierosolymitano.* Complectitur libellus pp. 86 decurrens a p. 241 Codicis ad p. 326, et licet parvae molis sit, magnae potest esse ad historiam, literariam praesertim, illustrandam utilitatis. Cum enim saepe accidat, ut duae vel plures urbes tribusve ejusdem nominis exstent, et e viris illustribus alii falso a locis cognominentur, ubi nati non sunt (uti v. g. in Yakouto Hamateno vidimus,), alii nomen ab artificio opificiove derivatum, cum compluribus habeant commune; hoc opusculum in eo versatur, ut, variis illis cognominibus rite a se invicem distinguendis, omnem locorum personarumve confusionem tollat. Sic statim ab initio distinguit inter املي ab امل Thabarestanae oppido derivatum, et alterum املي, nomen gentile urbis in Djihouni ripis sitae, et nonnullos Viros doctos recenset, in Amolo Khorasanica natos, addens illos, qui ex altera illa oriundi sint, nomine الطبري esse notiores. Eodem modo reliqua exponuntur, secundum Alphabeti ordinem, nominibus, de quibus agitur, toties in fronte capitum repetitis, quot diversae eorum significationes afferuntur; sicuti hoc in Moschtareko factum esse p. 69 docuimus. Incipit liber his verbis animadversione dignis: اخبرنا الشيخ ابو نصر عمر بن محمد بن ابي بكر بن ابي نصر اللفتواني بقراتي عليه في منزله باصبهان في ذي القعدة سنة اربع وستين وخمسماية قال انا الشيخ الامام ابو الفضل محمد بن طاهر بن علي المقدسي قراة عليه وانا اسمع قال, *Communicavit mecum Doctor Abou Nasr Omar ibn Mohammed ibn Abou Becr ibn Abou Nasr Laftawanensis* (518), *dum ejus scholis interessem, in domo*

(518) Hujus viri memoriam nec Ibn Khalicanus nec alii Biographi servarunt. *Laftawan*, ubi ne-

mo ejus Ispahanensi, *mense Dzoul Kaāda A.* 564 (Chr. 1168—9), *se cum discipulus esset Doctoris Imami Aboul Fadhli Mohammedis ibn Thaher ibn Ali Hierosolymitani*, *eum haec audivisse dicentem* etc. His praemissis, reliqua jam ipsius Aboul Fadhli verbis referuntur. Ex anonymi autem illius, quam protulimus, observatione hoc manifestum esse videtur, libellum istum non tam ab ipso auctore editum, quam ab ejus discipulis ex docentis ore exceptum, et multis post annis vulgatum fuisse. Quamquam nullam hujus rei mentionem facit Ibn Khal, qui solus ex meis auctoribus de vita scriptisque viri disserens, n. 630 Cod. P. T. II. p. 132 sq. Leyd. M. T. II. p 259, haec quae jam sequuntur, de eo commemoravit: ابو الفضل محمد بن طاهر بن علي بن احمد المقدسي الحافظ المعروف بابن القيسراني كان احد الرحالين في طلب الحديث سمع بالحجاز والشام ومصر والثغور والجزيرة والعراق والجبال وفارس وخوزستان (519) واستوطن همذان وكان

natus est, teste Lexico Geographico, est من قري اصبهان. Quae proxime sequuntur وبقراتي عليه aliquam habent sententiae ambiguitatem. Nam قرأ عليه et de magistro dicitur et de discipulo. De magistro, cum sive dictata sua praelegit, sive librum quem explicat: quo usu exstat apud Abulf. A. M. T. IV. p. 466 وكان يقري كتاب سيبويه والمفصل, *Praelegens interpretabatur librum Sibouyeh et Al Mofasselum.* Longe vero frequentius (licet illam notionem Lexica ignorent,) de discipulo invenias in scholas ventitante. Moris enim est, ut auctorem aliquem auditor praelegat, cujus difficultates deinceps expediantur a doctore. Cf. Celeb. de Sacy, *Relat. de l'Egypte*, p. 478 n. 3 et *Vita Abdollat.* ibid. p. 534, 6. p. 535, 11, 13. Quam in rem luculentissimus locus est Abulf. A. M. T. IV. p. 466, ubi de Scheikho Al Mofadhdhalo Atsireddino Abharensi Viro Clarissimo, in Cameloddini ibn Younosi disciplinam veniente, dicitur: ومع ذلك ياخذ الكتاب ويجلس بين يديه ويقرا عليه *Vel sic tamen librum sumsit, et coram eo consedit eique praelegit.* Eodem usu saepius apud Abulfedam recurrit, ut T. II. p. 130, 138. (ubi male vertitur) III. p. 94, 368. V. p. 146. Imprimis autem hoc sensu frequentatur Infin. قراة. Sic hoc ipso loco, et infra iterum, قراة عليه وانا اسمع Similiter apud Wakid. *de Expugn. Aegypti inferioris* initio, et *de Expugn. Syriae* p. 53. حدثني يونس بن عبد الاعلا قراة عليه.

(519) L. addit وخراسان.

وكان من المشهورين بالحفظ والمعرفة لعلوم الحديث وله في ذلك
مصنفات ومجموعات تدلّ علي غزارة علمه وجودة معرفته (520) وصنف
في ذلك مصنفات كثيرة منها اطراف الكتب الستة وهي صحيح
البخاري ومسلم وابي داود والترمذي والنساي وابن ماجة واطراف الغرايب
تصنيف الدارقطني وكتاب الانساب في جزء لطيف وهو الذي ذيّله
الحافظ ابو موسي الاصبهاني المذكور قبله وغير ذلك من الكتب
وكان له معرفة بعلم التصرف وانواعه متفننا (521) فيه وله فيه تصنيف
ايضا وله شعر حسن وكتب عنه غير واحد من الحفاظ (522) منهم ابو
موسي المذكور (523) وكانت ولادته في السادس من شوال سنة ثمان
واربعين واربعماية ببيت المقدس واول سماعه سنة ستين واربعماية
ودخل بغداد سنة سبع وستين واربعماية ثم رجع الي بيت المقدس
فاحرم من ثَمَّ (?) الي مكة وتوفي (524) عند قدومه من الحج اخر
حجاته يوم الجمعة لليلتين بقيتا من شهر ربيع الاول سنة سبع
وخمسماية ودفن (525) في المقبرة العتيقة وقيل توفي يوم الخميس
العشرين من الشهر المذكور بالجانب الغربي رحمه الله تعالي وكان
ولده ابو زرعة طاهر بن محمد بن طاهر من المشهورين بعلو الاسناد
وكثرة

(520) معرفته — وكان من المشهورين omissa in Leyd., qui mox recte non agnoscit في ذلك. (521) L. recte متفننا. Excidit وكان. (522) L. paullo ante omittit ايضا, tum verba وله شعر usque ad الحفاظ ponit inter الكتب et وكان. (523) L. non habet المذكور — منهم. (524) Quae sequuntur ad حجاته omisit L., tum legit لليل pro يوم. (525) L. ودفن بالجانب العربي رحمه الله تعالي بالمقبرة العتيقة وكان ولده.

وكثرة السماع ولم تكن له معرفة بالعلم لكن (526) كان والده قد اسمعه في صباه من جماعة منهم ابو محمد عبد الرحمن بن حمد الدوني بالري وابو الفتح عبدوس بن عبد الله بن بهمان (527) وابو عبد الله محمد بن عثمن الطامخي وابو الحسن علي بن منصور السلار وقدم به بغداد فسمع بها من ابي القاسم علي بن احمد بن ريان (528) وغيره وسكن بعد وفاة ابيه بهمذان وكان يقدم بغداد للحج فحدث (529) بها باكثر سماعاته وسمع منه الوزير ابو المظفر يحيي بن هبيرة (530) [وغيره وكان مولده بالري في سنة احدي وثمانين واربعماية وتوفي يوم الاربعاء سابع شهر ربيع الاخر سنة ست وستين بهمذان رحمه الله تعالي] والقَيْسَرانِي — نسبة الي قيسرية وهي بليدة بالشام علي ساحل البحر وهي الان بيد الافرنج خذلهم الله تعالي ۞

Aboul Fadhl Mohammed ibn Thaher ibn Ali ibn Ahmed Hierosolymitanus, dictus Al Hafedh, notus nomine Ibn Al Kaisaranii. Ex eorum numero fuit, qui conquirendae traditionis caussa peregre proficisci solent. Audivit enim doctores in Hedjazo, Aegypto, item Syria, cum reliqua, tum ea, quae in fines Graecorum vergit, Mesopotamia, Iraka Arabica et Persica, Persidis provincia et Khouzistana. Plerumque autem Hamadane moratus est. Ob memoriae vim et earum doctrinarum, quae traditionem spectant

---

(526) لكن omittit L. (527) L. بهمذان pro بن بهمان, tum الحاهي pro الطامخي, item السلاري. (528) Quid hic in L. legatur, non discerno. In superior. omittit بها. (529) فيحدث et paullo ante تقدم in L. (530) Seqq. usque ad تعالي uncinis inclusimus; sunt enim recentiore manu adscripta margini Cod. P., et omissa in L., qui postea habet الفرنج كانت, et in fine addit والله اعلم.

ctant, cognitionem celebratur; quam in rem talia scripsit collegitque, quae ingenii ipsius ubertatem, doctrinaeque elegantiam ostendant. Ex multis, quae composuit, operibus, est illud quod inscribitur Spicilegium ad sex libros (531). *Hi autem sunt Corpus traditionum Bokharii, Moslemi, Abou Daoudi, Termeditae, Nesaïtae, et Ibn Madjae* (532). *Scripsit etiam Additamentum ad librum Mirabilium a Darakothnio compositum* (533); *Librum de nominibus gentilitiis exiguo volumine* (*cui appendicem adjecit Al Hafedh Abou Mousa Ispahanensis paullo ante memoratus*), *et alia opera. Callebat quoque argumentandi facultatem ejusque rationes, quibus varie utebatur, commentario suo illustratis. Egregia etiam carmina reliquit. Complures traditionis doctores in libris suis ad illius auctoritatem* (534) *provocant, in his Abou Mousa, cujus antea meminimus. Natus erat noster die sexto Schawali A.* 448 (Chr. 1056—7), *Hierosolymis. Primis autem Scholis* (traditionis) *interfuit* (demum) (535) *A.* 460 (Chr. 1067—8). *Bagdadum venit A.* 467 (Chr. 1074—5); *deinde rediit Hierosolyma; unde Naziraeatus vestem indu-*

---

(531) An recte verterim nescio: nam vox اطراف dubiae significationis est: cum et plural. fract. a طرف, et Inf. in Sp. IV haberi possit.

(532) De sex illis primariis traditionum libris cf. Mouradgea d'Ohsson, *Tabl. de l'Emp. Othom.* T. I. p. 3. Edit. in fol. coll. Herbel. v. *Hadith.* De ipsis auctoribus ex parte supra jam egimus, n. 77—79, ubi Bokharii, Moslemi, Termeditae, Nesaïtae memoriam attigimus. Nunc de Abou Daoudo et Ibn Madja videndum est. Abou Daoud pp. appellatus est Soleiman ibn Al Aschâts, Sedjestanensis, et natus est A. 202 (Chr. 817—8), diem obiit supremum A. 275 (Chr. 888—9). Cf. Herb. v. *Abou Daoud*, *Sonan Ab. Daoud*, Abulf. A. M. T. II. p. 264, qui eum A. 274 obiisse refert, Ibn Khal. n. 271. Cod. P. T. I. p. 328 sq. Leyd. M. T. I. p. 358 sq. — Ibn Madja cognomen est Mohammedis ibn Yezidi Kazwinensis, nati A. 209 (Chr. 824—5), defuncti A. 273 (Chr. 886—7), vel anno sequente, sec. Abulf. A. M. l. l. Cf. etiam Herb. v. *Sonan ben Magjah* Ibn Khal. n. 625. Cod. P. T. II. p. 125. Leyd. M. T. II. p. 257.

(533) De Darakothnio vide notam 135. Opus illius, quod hic laudatur, in ejus vita Ibn Khal. non memorat.

(534) وكتب عنه. Rarior loquendi forma, cujus alia mihi desunt exempla. De traditione, quae magis ore quam scriptis doceri solet, alias frequentatur tritum illud وروي عنه.

(535) Cum traditiones pueri in ipsa paene infantia memoriae mandarent, (cf. supra n. 477), in illius doctrinae principe merito notatur, illum ante annum aetatis duodecimum nullam iis operam navasse. Sic equidem locum accipio, licet traditionis diserta mentio non fiat.

duens (536), *Meccam perrexit. Obiit redux a peregrinatione Meccana, quam extremam obierat, die Veneris, vigesimo octavo Rabiae prioris A.* 507 (Chr. 1113—4), *Bagdadi, et sepultus est in Coemeterio Veteri. Alii decessisse ferunt die Jovis, vigesimo hujus mensis, in latere urbis occidentali. Deus ipsi bene vertat. Ejus filius Abou Zaraâh Thaher ibn Mohammed ibn Thaher, et auctoritatum* (quibus in traditione utebatur) *excellentia, et eorum, quos audiverat, multitudine, illustris fuit. Doctrinas tamen ignorabat, licet pater operam dedisset, ut puer in plurimorum Doctorum disciplinam veniret; uti Abou Mohammedis Abdor Rahmani ibn Hamad Dounitae* (537), *Rayae, et Aboul Fatahi Abdousi ibn Abdolla Hamadane* (538), *et Abou Abdollae Mohammedis ibn Otsman Thamekhitae, et Aboul Hasani Alii ibn Mansour As Sellarii* (539). *Deinde eum Bagdadum pater abduxit, ubi audivit Aboul Kasemum Alium ibn Ahmed ibn Rian aliosque. De*

---

(536) Locus, uti mihi quidem videtur, corruptus, sic ad verbum sonat: *Deinde rediit Hierosolymas, et inde a Tsamma Meccam usque Naziraei vestem gessit.* Lectionem ثَمَّ diserte quidem exhibet Cod. P.; cum tamen loci illius nullam mentionem faciant Geographi, equidem sic legere malo: ثم رجع الي بيت المقدس فاحرم منه `من بيت المقدس (i. é. ثم (رجع (scil. الي مكة. Sensum in versione expressimus. Ibn Khalicano illustrando inservire potest Abulfeda, A. M. T. II. p. 60. وفيها حج الرشيد واحرم من بغداد, *Eodem anno sacrum iter suscepit Ar Raschid, et inde a Bagdado Naziraeatus vestem* (per totam viam) *induit.* Quae res ad religionis ostentationem spectat. Nam licet vulgo peregrinatores Meccani non ante sacram vestem induere soleant, quam ad الحرام sive terrae sanctae fines pervenerint; ad pietatem et religionis studium pertinere censetur, ut illud citius, nec tamen ante initium Dzoul Kaâdae, fiat. Cf. Mouradgea d'Ohsson, *Tabl. de l'Emp. Othom.* T. II. p. 23, quem de forma vestis *Ihram* vide p. 22, uti et Chardin *Voyag.* T. VII, 190 noviss. edit., qui ibid. p. 214 sqq. de finibus territorii Meccani egit, ubi ex lege *Ihram* sumitur. Adde Langles. *Collect. de Voyages*, T. I. p. 188.

(537) De hoc viro nihil in medium proferre possum, nisi quod cognomen ipsius gentilitium الدوني ortum esse videatur ex دُون oppido vel vico, quod, teste Lexico Geographico, pertinet ad ditionem Dainawarae.

(538) Hunc et qui sequuntur etiam ignoro. Interim praetulimus lectionem Codicis L. بهمذان, ob praecedens بالري, quamvis illud بن بهمان etiam multum habet, quo se tueatur.

(539) An cognomen illud ductum est ex *Sellar* insula sinus Persici, quam Herbelotius memorat in v. *Sellar* et *Kis?* Certe cum Leyd. legendum السلاري.

Defuncto patre Hamadane habitavit, et sacri itineris Meccani occasione Bagdadum venit; ubi multas de traditione scholas habuit, quas inter alios frequentavit etiam Vezirus Al Modhaffer Yahya ibn Hobeira (540). *Thaher iste natus est Rayae A.* 481 (Chr. 1088—9), *mortuus feria quarta, die septimo mensis Rabiae posterioris A.* 566 (Chr. 1170—1) *Hamadane. Misereatur illius Deus. Kaisarani nomen est gentile a Caesarea parvo Syriae oppido in litore maris, quod hodie Franci, quos Numen frustretur, possident.*

MS. 334 (n. 4) الجزء فيه زيادات الحافظ ابي موسي محمد [بن محمد] بن ابي بكر عمر بن احمد بن عمر بن محمد بن ابي عيسي الاصبهاني علي كتاب الأنساب المتفقة في الخط المتماثلة في النقط والضبط للحافظ ابي الفضل محمد بن طاهر بن علي المقدسي *Tomus in quo additamenta sunt Al Hafedhi Abou Mousae Mohammedis [ibn Mohammed] ibn Abou Becr Omar ibn Ahmed ibn Omar ibn Mohammed ibn Abou Isa Ispahanensis, ad Librum nominum gentilium, scriptione secum mutuo convenientium, vocalibus et orthographia similium, Al Hafedhi Aboul Fadhli Mohammedis ibn Thaher ibn Ali Hierosolymitani.* Ex

---

(540) Vezirus fuit Khalifae Al Moktafii ex gente Abbasidarum, ab A. inde 544 (Chr. 1149—50) usque ad A. 555 (Chr. 1160), quo diem obiit supremum, postquam novum Khalifam Al Mostandjed billah inauguraverat, anno aetatis 93; natus enim erat A. 460 (Chr. 1067—8). Caeterum Theologiae, Juris, Literarum et Historiae peritia, variisque scriptis inclaruit. Vita viri apud Ibn Khal. exstat n. 817. Cod. P. T. III. p. 160—166. Leyd. M. T. III. p. 195—205. Adde Herb. v. *Hobairah*, Sacy *Relat. de l'Egypte*, p. 486. n. 72. Abulf. T. III. p. 596 eum mortuum esse dicit A. 560 (Chr. 1164—5), natum A. 470 (Chr. 1077—8), consentiente Fakhroddino Razio apud Sacyum l. l., ubi singularem Abulfedae errorem notat Vir Clar., Ibn Hobeirae mortem ad A. 544, quo alii eum Vezirum factum esse tradunt, referentis, ibid. p. 512. Equidem eo loco pro توفي, aut تولي, aut توزر, legendum esse conjicio. Quod vero ibidem additur, a Reiskio non intellectum, ideoque conjectura tentatum, وكان صاحب ديوان الرمام, in eo ex Ibn Khalicani auctoritate رمام in زمام mutandum est. Quantum conjicio, ديوان الزمام regiis stabulis equisque curandis erat dicatum.

Ex ipso libri titulo manifestum est, hoc opusculum, quod pp. 63 continens, a pag. Codicis 326—389 decurrit, haud diversum esse ab eo libello, quem in Mohammedis ibn Thaheri vita supra ex Ibn Khalicano memoravimus. Superiori non solum argumenti similitudine sed etiam eo respondet, quod non ab ipso auctore sed ab amicorum ejus aliquo editus est vel discipulo, ut ex scriptionis initio facile intelligitur, ubi haec leguntur: كتب اليّ الشيخ الامام الحافظ ابو موسي محمد بن ابي بكر بن عمر — من اصبهان واخبرني عنه ابو ترار ربيعة بن الحسن بن علي بن عبد الله بن يحيي بن ابي الشجاع اليمني ثم الحضرمي قراة عليه واذا اسمع في رجب خمس وتسعين وخمسماية قال *Scripsit Imamus Al Hafedh Abou Mousa Mohammed ibn Abou Becr ibn Omar — ad me Ispahane, mihique, quod ab eo acceperat, tradidit Abou Terar Rabiâ ibn Al Hasan ibn Ali ibn Abdolla ibn Yahya ibn Abousch Schadjâ Yemanensis ex provincia Hadramaut, cum scholis ipsius auditor] interessem Redjebo* (anni) 595 (Chr. 1198—9). *Dixit autem* etc. Deinde sequitur praefatio auctoris, qua inter alia testatur se, perlecto Mohammedis ibn Thaheri doctoris sui libro, observationes margini allevisse; ex quibus Viri cujusdam principis rogatu, appendicem confecerit, bifariam distinctum. Quippe primum ad singulas voces observationes auctoris se amplificasse, dein ad uniuscujusque literae finem, eorum quoque nominum explicationem adjecisse dicit, quae auctor silentio praeterierat. Hanc opusculi divisionem etiam memorat Ibn Khalicanus in Abou Mousae vita n. 629, quam ex Cod. Palm. T. II. p. 131. Cod. Leyd. M. T. II. p. 259 adjunximus: ابو موسي محمد بن ابي بكر بن (541) عمر بن ابي عيسي احمد بن عمر بن محمد بن ابي عيسي (542) الاصبهاني المديني الحافظ المشهور كان امام عصره في الحفظ والمعرفة وله في الحديث وعلومه

---

(541) بن omittit L., nec in suo Ibn Khalicani exemplari reperisse videtur Abulfeda, qui ex illius fonte aliquam viri notitiam derivavit A. M. T. IV. p. 70. Deëst quoque in libri titulo, sed reperitur in praefatione. (542) Ignorat L. verba praecedentia احمد — ابي عيسي.

وعلومه تواليف مفيدة وصنف كتاب المغيث (543) في مجلد كمل
به كتاب الغريبين للهروي واستدرك عليه وهو كتاب نافع وله كتاب
الزيادات في جزء لطيف جعله ذيلا علي كتاب شيخه ابي الفضل
محمد بن طاهر المقدسي الذي (544) سماه كتاب الانساب وذكر من
(ما forte) اهمله وما اقصر فيه ورحل عن اصبهان في طلب الحديث ثم
رجع اليها واقام وكانت ولادته في ذي القعدة سنة احد وخمسماية
وتوفي ليلة الاربعاء تاسع جمادي الاولي سنة احدي وثمانين وخمسماية
وكانت وفاته ومولده باصبهان (545) رحمه الله تعالي والمديني —
النسبة الي مدينة اصبهان وقد ذكر الحافظ ابو سعيد السمعاني في
كتاب الانساب هذه النسبة الي عدة مدن اولهن (اولاهن l.) مدينة رسول
الله صلعم والثانية (546) مرو والثالثة نيسابور والرابعة اصبهان والخامسة
مدينة المبارك بقزوين (547) والسادسة بخارا والسابعة سمرقند
والثامنة نسف وذكر ان النسبة الي هذه المدن كلها المديني وقال
اكثر ما ينسب الي مدينة الرسول صلعم المدني (548) ☼

Abou Mousa Mohammed ibn Abou Becr Omar (vel *Ibn Omar*) *ibn Abou Isa Ahmed ibn Omar ibn Mohammed ibn Abou Isa Ispahanensis*, *Medinensis*, *Al Hafedh* (sive traditionis conservator) *celeberrimus*, *seculi sui memoriâ et eruditione princeps* (549). De

(543) Sic et Abulf. at L. المعشر, mox فيه cum Abulf. pro به. (544) L. omittit الذي, cum in sqq. omnia a رحل ad اقام; et recte habet احدي pro احد. (545) Verba وكانت – باصبهان non leguntur in L. (546) L. ante hoc nomen numerale et sqq. و omittit. (547) بعرفين habet L. (548) L. addit والله اعلم. (549) *Arab.* في الحفظ والمعرفة. Cur Reiskius apud Abulf. l. l. معرفة *studium Theologiae moralis* verterit, non perspicio. Me quidem judice, hic ve-

De traditione doctrinisque eo spectantibus egregia ejus scripta feruntur. Inter alia edidit Librum Al Mogits (sive adjutoris), *eumque imprimis utilem, uno volumine, quo Heratensis Librum de geminis Mirabilibus* (550) *perfecit et supplevit. Exstat etiam ejusdem auctoris Additamentorum Liber exiguae molis, quem appendicem esse voluit opusculi a Doctore suo Aboul Fadhlo Mohammede ibn Thaher Hierosolymitano conscripti, et Ketab Al Ansab appellati; illiusque operis noster et negligentiam correxit et nimiam brevitatem. Ispahane discessit ad traditiones colligendas, deinde reversus ibi sedem fixit. Natus est mense Dzoul Kaâda A.* 501 (Chr. 1107—8); *decessit nocte feriae quartae, nona mensis Djomadae prioris A.* 581 (Chr. 1185—6) (551). *Ispahanem et natalium locum et mortis habuit. Deus ipsi bene vertat. Medini nomen gentile est a Medinat Ispahan* (552). *Memorat autem Abou Saïd As Samaâni in Origi-*

---

veri nominis scientia, ratiocinio judicioque nixa, traditioni solius memoriae ope discendae opponitur.

(550) Reiskius ad Abulf. l. l. hos libros Corani interpretationem spectasse existimavit, nec tamen de auctoris nomine et aetate quidquam prodidit; cujus rei investigatio, in tanto Virorum doctorum Heratensium numero, aliquam sane potest habere difficultatem. Ex solis Corani commentatoribus Soyouthius in طبقات المفسرين tres enumerat: Abou Hamedum Ahmedem ibn Mohammed, mortuum A. 355 (Chr. 966) vel 358 (Chr. 968—9); Abou Ismaëlem Abdollam ibn Mohammed, ex Abou Ayoubi Ansaritae posteris, defunctum A. 481 (Chr. 1088—9); et Abou Djafarum Mohammedem ibn Abdolla, denatum A. 381 (Chr. 991—2). Quartum, qui in textu designatur, his addidit Ibn Khalic., Abou Obeidum Ahmedem ibn Mohammed, mortuum A. 401 (Chr. 1010—1). Liber ab eo scriptus appellatur كتاب الغريبين, quia *interpretationem rerum, tam in Corano, quam in traditione, mirabilium in eo conjunxerat* (جمع فيه بين تفسير غريب القران والحديث النبوي). Cf. Ind. Tydem. in Ibn Khalic. n. 35 (ubi male العشاني et الفزيبين pro القشاني et الغريبين, et in nota A. 461 pro 401 legitur,) Cod. P. T. I. p. 41. Leyd. M. T. I. p. 49.

(551) Abulfeda viri mortem ad annum praecedentem retulit, l. l.

(552) Al Moschtarek MS., quocum fere conspirat Lex. Geogr., haec habet: مدينة اصبهان وهي جي وتعرف الان بشهرستان علي ضفة نهر زندرود وبينها وبين اليهودية مدينة اصبهان اليوم نحو ميل وقد خربت الا معالم*, *Medinat Ispahan, quae alias Djai vocatur, et hodie Schehrestani nomine nota est, in ripa fluminis Zendroud. Inter eam et Al Yehoudiah, quae hodie* (appellatur) *Medinat Ispahan, jacet spatium milliarii. Djai diruta est, ita ut pauca ejus supersint vestigia.* Qui locus in eo differt ab alio ejusdem auctoris et Lexici Geographici, quod ibi spatium

ginum libro hoc nomen (Medini) *plurimarum urbium gentile esse: quarum prima sit urbs Prophetae b. m., altera Merou, tertia Nisabour, quarta Ispahan, quinta Medinat Al Mobarek apud Kazwinum, sexta Bokhara, septima Samarkanda, octava Nasaf. Has igitur omnes gentile habere dicit Medini, a Medina Prophetae tamen plerumque derivari Medani* (553).

MS. 334 (n. 5) — كتاب مختصر تلخيص المتشابه في الرسم وحماية ما اشكل منه عن بوادر التصحيف والوهم للشيخ الحافظ ابي بكر أحمد

---

tium illud intermedium desertum esse dicitur. Lexicon Geogr. etiam non unius, sed duorum ait esse milliariorum. Locum jam laudavit vertitque Langlesius in *Notice sur Ispahan* etc. Cf. Chardin *Voyag.* T. VIII. p. 146 sq.

(553) Apparet ex hoc loco, qualis celebratissimi illius Originum libri sit ratio. Neque enim Genealogias tantum, uti existimasse videtur Herbel., in eo tractaverat, sed etiam de cognominibus exposuerat auctor, quae a singulis urbibus regionibusve ducuntur. Ex oppidis, quae hic memorantur, duo sunt minus in vulgus nota: Medinat Al Mobarek et Nasaf. Prius Lex. Geogr. v. مدينة المبارك, a Mobareko Turca renovatum dicit, quem idem in v. مباركية, consentiente Al Moschtareko in مباركة, ex Abbasidarum libertis fuisse asserit. Res optime intelligitur ex Chardinio *Voyages* T. II. p. 395 sq. noviss. edit., ubi narrat ex auctoritate Hamdollae in *Nozhat Al Koloub*, vicum magnum, eo loco situm, ubi postea Kazwin fuit, jussu Khalifae Mousae Al Hadii muris cinctum, aliudque oppidum, Medinat Mousa, mille passuum intervallo, exstructum fuisse A. 170 (Chr. 786—7): libertum vero Principis, Mobarekum Uzbecum, qui provinciam regebat, tertium ibi oppidum condidisse, eodem spatio a veteri urbe diremtum, et a suo nomine appellasse. Ex his vero locis deinceps unam urbem factam esse. — Quod ad *Nasaf* attinet, est urbs provinciae Transoxanae, quam Persae vocant *Nekhscheb* (نخشب). Cf. Herb. in utraque voce. Abulf. *in descr. Mawaralnahrae*. Lex. Geogr. illam magnam esse ait, et quatuor portis instructam suburbiisque, jacere in planitie inter Samarkandam et Djihounum, biduoque a montibus distare, a sinistra viae, quae Bokhara Samarkandam ducit, tribus ab hac urbe stationibus; mediam urbem amne secari, qui cum toto anno non fluat, agros hortosque ex puteis irrigari. Caeterum oppida, a quorum nomine vel cognomine المدينة gentilitium المديني derivatur, non satis accurate enumeraverat As Samâanius. Nam quatuordecim vel quindecim ejusmodi loca recensent Geographi, in his Lexicon Geogr. et Yakoutus in Al Moschtareko. Inter urbes ab As Samâanio omissas est ipsum imperii Moslemici caput Bagdadum, quod alias Medinat As Salam appellatur.

احمد بن علي بن ثابت الخطيب البغدادي رحمه الله تعالي اختصره صاحبنا ورفيقنا الشيخ الفقيه الامام العالم البارع المحدث الفاضل — علا الدين ابو الحسن علي بن الشيخ الفقيه — عثمان بن ابرهيم الماردني الحنفي, *Liber epitomes, quo de nominibus scriptione similibus agitur, et obscuriora vel dubia nomina a periculo, vel festinantis scriptionis, vel falsae opinionis, eximuntur, compositus a Doctore Al Hafedho Abou Becro Ahmede ibn Ali ibn Tsabit, Concionatore Bagdadensi, cujus Deus misereatur; in epitomen redactus a socio et amico nostro, Doctore Jurisconsulto, Imamo erudito, excellente, traditionario eximio, Alaeddino Aboul Hasano Alio filio Doctoris Jurisconsulti Otsmani ibn Ibrahim, Maredinensi Hanefita.* Titulum non a librario, sed alia manu, libello praefixum, corrupit et obscuravit l. l. Koehlerus, pro وحماية scribens وخماية, item نوادر et الصحيف pro بوادر et التصحيف. Videtur autem haec inscriptio minus respondere rerum veritati. Neque enim liber iste, quem Bagdadensis Concionator ediderat, sed epitome tantum, in qua describenda nunc versamur, hunc titulum habuit; ut facile intelligi potest ex ipsius Alaeddini praefatiuncula, ubi libellum se excerpsisse dicit ex duobus Bagdadensis operibus, quorum alteri التلخيص, alteri التالية nomen erat. In hoc autem negotio ita versatus est, ut ad quaerentis facilitatem omnia ex Alphabeti ordine disponeret: singularum autem literarum tractationem tribus paragraphis absolveret. In prima agitur de illis, qui suo nomine differunt, parentis appellatione consentiunt: in secunda autem illi inter se componuntur, qui non suo sed parentis nomine a se invicem distinguuntur: in tertia, qui utrumque diversum habent. Additur in fine dissertatiuncula de viris, qui cognomine ab أبو incipiente dignoscuntur. Institutum auctoris hoc est, ut confusioni medeatur, quae in Codd. ex obscurius, omissoque punctorum diacriticorum apparatu, scriptis nominibus propriis, oritur. Quae res manifestius lectori ex uno alterove exemplo apparebit. Sic in primo capite literae Elif احمد بن جرير واحيد بن جرير; in altero ابرهيم بن حِبان وابرهيم بن حَبان وابرهيم بن حنان; in tertio أبي بن الأبّاء ولُبي بن لبا; in capite li-

libri extremo ابو شبل العقيلي وابو شنبل العقيلي conjunguntur. Ex subscriptione constat eodem A. 713 (Chr. 1313—14) hoc exemplum ex autographo factum esse, quo ab ipso auctore fuerat compositum. Hunc vero inter primarios illius aevi eruditos floruisse novimus, ex testimonio Kasemi ibn Kotlouboga, in libro *de vitis Doctorum Sectae Hanefiticae* MS. 1884 (772), ubi haec de ejus meritis operibusque prodidit: علي بن عثمان بن ابرهيم بن مصطفي بن سليمان الماردني قاضي القضاة علاء الدين الشهير بابن التركماني مولده سنة ثلاث وثمانين وستماية وكان اماما في الفقه والتفسير والحديث والاصول والفرايض والحساب والشعر افتي ودرس وافاد وصنف وجمع المجاميع المفيدة له كتاب المنتخب في علوم الحديث والمختلف وكتاب الضعفاء والمتروكين وكتاب الجوهر النقي في الرد علي البيهقي واختصر كتاب ابن الصلاح واختصر المحصّل في الكلام وله سعدية (?) في اصول الفقه ومختصر الهداية وسماه الكفاية وشرح الهداية ولم يكمله وكتاب بهجة الاريب مما في كتاب العزيز الغريب وله مقدمات في فنون توفي في المحرم سنة خمسين وسبعماية ۞

Ali ibn Otsman ibn Ibrahim ibn Mostafa ibn Soleiman Maredinensis, Judex Summus Alaeddinus notus (cognomine) *Ibn At Turkmani* (554), *natus est A.* 683 (Chr. 1284—5). *Princeps fuit in Jure et Corani explicatione et traditione, doctrinisque fundamentalibus, praeceptisque lege statutis, item arithmetica et poësi. Respondebat de Jure, et Scho-*

---

(554) Cf. Herb. v. *Turkmani*, ubi librum ejus memoravit, suo etiam loco designatum v. *Tanbih*, sed a Kotlouboga omissum. Titulus Arabice sic sonat: تنبيه علي احاديث الهداية والخلاصة. Caeterum cognomen *Ibn At Turkmani*, non tantum nostro, sed ejus etiam patri filioque adhaesit. Neque vero praetermittendum est Herbel. l. l. perperam inter Alium ibn Otsman ibn Ibrahim At Turkmani et Alium ibn Otsman Al Maredini Ibn At Turkmani distinxisse, adeoque ex uno viro duos fecisse.

Scholas habebat, unde magnas opes sibi comparavit. Scripsit etiam collegitque plurima eaque imprimis utilia, in his Selecta doctrinarum ad traditionem pertinentium; Librum qui inscribitur Varietas; item alium, De illis qui falsa tradunt (?), *et nullius habentur auctoritatis; Librum margaritae exquisitae ad refellendum Baihakensem* (555). *In compendium redegit librum Ibn As Salahi* (556), *item Theologiae Scholasticae collectionem* (557). *Scripsit etiam* . . . . . *de fundamentis Jurisprudentiae; Compendium Isagoges* (558), *quod opus vocavit Sufficientem manuductionis exposi-tio-*

---

(555) Baihakenses, qui sic a Baihäko, Khorasanae tractu appellantur, quod sciam, tres fuerunt. Incipiemus ab eo, quem primo loco memoravit Herb. v. *Baiheki*, et perperam *Massoud ibn Ali* appellavit. Hujus enim verum nomen fuit Abou Djafar Ahmed ibn Ali ibn Abou Djafar, cognomen Boudjafari (بوجعفري); uti novimus ex Soyouthii testimonio in طبقات المفسرين, qui eum Grammaticum, Corani interpretem et Rhetorem fuisse, et inter alia *Tadj Al Masader* edidisse, atque A. 544 (Chr. 1149—50) defunctum dicit. Hunc Baihakensem Herb. v. *Gjafarik Al Mocri*, male vocavit *Djafarum ibn Ahmed*; in v. *Tag al Messader* autem *Abou Djafarum ibn Ahmed*; in v. *Baiheki* denique confudit cum altero Baihakense Abou Becro Ahmede ibn Hosein, quem ad nostrum locum pertinere censeo. Hic ex celebrioribus fuit traditionis magistris, praecipuisque sectae Schafeïticae ornamentis, cujus rationes decem voluminibus explicuit. Natus est A. 384 (Chr. 994—5), defunctus A. 458 (Chr. 1065—6). Vid. Abulf. A. M. T. III. p. 206. Ibn Khalic. n. 27. Cod. P. T. I. p. 29 sq. Leyd. M. p. 35. Tertius Baihakensis hujus fuit Abou Becri filius Imamus Ismaël, qui teste Abulf. l. l. p. 380, lucem adspexit A. 428 (Chr. 1036—7) obiit A. 507 (Chr. 1113—4).

(556) Ibn As Salah cognomen est Abou Amrui Otsmani ibn Abdorrahman Curdi, cognomine Takioddini, Corani, Traditionis, Jurisprudentiae Interpretis celeberrimi. Natus est A. 577 (Chr. 1181—2) in oppido Scharkhano, quod in ditione Arbelensi prope Scheharzourum jacet, unde appellatur etiam الشهرزوري non الشهرودي, uti Herbel. v. *Salah* aliisque locis perperam asseruit. Obiit Damasci A. 643. (Chr. 1245—6). Cf. Abulf. A. M. T. IV. p. 466 et 482, ibique nota hist. Reiskii errorem Herbelotii corrigentis; Ibn Khalic. n. 422. Cod. P. T. I. p. 493 sqq. Leyd. M. T. II. p. 51; Ibn As Sebeki T. II. p. 396—400. Quem vero librum illius in compendium redegerit Alius noster, nemo facile dixerit. An fuit illud opus *De traditionis scientia*, quem in *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 526. MS. 1525 recensuit Casirius?

(557) المحصل في الكلام. Dubiae significationis titulus. Fortasse opus haud diversum est ab eo, quod ab Herbel. v. *Mohassel* memoratur. De vocis كلام usu Theologico cf. idem v. *Kelam et Motekallem* etc.

(558) الهداية *Manuductio*. Cf. Herb. v. *Hedaiah*. Forte commentarius fuit de Jure Moslemi-co.

tionem, neque vero perfecit. His adde librum, cui titulus: Exhilaratio prudentis in rebus libri Divini, augusti, admirabilis (559), *et Introductiones in varias doctrinarum partes. Obiit mense Moharremo A.* 750 (Chr. 1349—50). In tempore mortis consentit Kotlou Bogae Ibn Habibus in *Historia Mamluchorum* MS. 1807 (425) p. 456, addens eum Kahirae Summi Judicis munere fungentem decessisse, suffecto in ejus locum filio Djemaloddino Abou Mohammede Abdolla. Idem etiam p. 340 perhonorificam mentionem, ad verbum a Kotlou Boga exscriptam, fecit patris scriptoris nostri Fakhroddini Abou Amroui Otsmani ibn Ibrahim, A. 731 (Chr. 1330—1) aetatis 71 Kahirae defuncti. Videmus igitur Epitomatorem illum Alium et honestissimo loco natum, et inter sui temporis homines, tam muneris splendore quam libris editis, clarum fuisse. At multo tamen illustriorem apud posteros famam consecutus est is, e cujus fontibus haec manarunt, Aboubecrus Concionator Bagdadensis. Cf. Herb. v. *Tarikh Bagdadi* et *Khatib* p. 991 b. et 992 duplici loco, ubi ex uno viro hujus nominis duos fecit, et falso nostrum appellavit Ahmedem *ibn Ahmed* pro *ibn Ali*. Adde Abulf. A. M. T. III. p. 216. — Ibn Khal. n. 33. Cod. P. T. I. p. 39. Leyd. M. T. I. p. 47 vitam ejus sic persequitur: الخطيب ابو بكر احمد بن علي بن ثابت بن احمد بن مهدي بن ثابت البغدادي المعروف بالخطيب صاحب تاريخ بغداد وغيره من المصنفات المفيدة كان من الحفاظ المتقنين (560) والعلماء المتبحرين ولو لم يكن له سوي التاريخ لكفاه فانه يدل علي اطلاع عظيم وصنف قريبا من مائة مصنف وفضله اشهر من ان يوصف وفي ترجمة ابن شاهين شيء من خبره (561) واخذ الفقه عن ابي

---

co. Eundem certe titulum habet similis argumenti liber, quem ex Arabica lingua in Anglicam conversum edidit Ch. Hamilton Lond. 1791, quatuor voll. in 4to.

(559) Hujus libri bis mentionem fecit Herb. v. *Mardini* et *Turkmani*. Priore loco verba *Bahadjat al arib* male vertit *l'éclaircissement des doutes*, posteriore *al adib* scripsit pro *al arib*.

(560) L. المتفننين. (561) وفي ترجمة — خبره omittit L.

ابي الحسن المحاملي (562) والعاضي ابي الطيب الطبري وغيرهما (563) وكان فقيها فغلب عليه الحديث والتاريخ ولد في جمادي الاخرة سنة اثنين وتسعين وثلثماية يوم الخميس لست بقين من الشهر وتوفي يوم الاثنين سابع ذي الحجة سنة ثلاث وستين واربعماية ببغداد وقال السمعاني توفي في شوال وسمعت ان الشيخ ابي (ابا .l) اسحق الشيرازي (564) رحمه الله كان من جملة من حمل نعشه لانه انتفع به كثيرا وكان يراجعه في تصانيفه والعجب انه كان في وقته حافظ المشرق وابو يوسف بن عبد البر صاحب كتاب الاستيعاب (565) حافظ المغرب وماتا في سنة واحدة كما سياتي في حرف الياء ان شاء الله تعالي وذكر محب الدين بن النجار في تاريخ بغداد ان ابا البركات اسمعيل بن (ابي) سعد الصوفي قال ان الشيخ ابا بكر بن زهر الصوفي كان قد (566) عد لنفسه قبرا الي جانب قبر بشر الحافي وكان يمضي اليه في كل اسبوع مرة ينام فيه ويقرا فيه القران كله فلما مات ابو بكر الخطيب وكان قد اوصي ان يدفن الي جانب قبر بشر فجاء اصحاب الحديث الي ابي بكر بن زهر (567) وسالوه ان يدفن الخطيب في القبر الذي كان قد اعده لنفسه وان يؤثره فامتنع من ذلك

---

(562) L. الحسين الحاملي. Mox recte والقاضي pro والعاضي. (563) L. وغيرهما bis. (564) Verba وقال السمعاني — الشيرازي ignorat L. (565) L. الاستعاب et paullo ante وابو عجز. (566) In Leyd. اسمعيل بن ابي سعد الصوفي كان قد اعد لنفسه قبرا. Extrema recte se habent. Mox رحمه الله تعالي post الحافي inserit. (567) Legit زهرا Leyd. ut infra ambo MSS.; tum به post يؤثره.

ذلك (568) امتناعا شديدا وقال موضع قد اعددته لنفسي منذ سنين
يوخذ مني فلما راوا ذلك جاوا الي والدي الشيخ ابي سعد وذكروا له
ذلك فاحضر الشيخ ابي (569) بكر بن زهرا وقال انا لا اقول لك اعطهم
القبر ولكن اقول لو ان بشر الحافي في الاحياء واذنت الي جانبه
فجاز (570) ابو بكر يقعد دونك كان يحسن ان تقعد اعلا منه قال
لا بل كنت اقوم واجلسه مكاني فقال هكذا ينبغي ان يكون
الساعة قال فطاب قلب الشيخ ابا بكر (571) واذن لهم في دفنه فدفنوه
الي جانبه بباب حرب وكان قد تصدق بجميع ماله وهو مايتا دينار
فرقها علي ارباب الحديث والفقهاء والفقراء في مرضه واوصي ان
يتصدق عنه بجميع ما عليه من الثياب واوقف (572) جميع كتبه علي
المسلمين ولم يكن له عقب وصنف اكثر من ستين كتابا وكان الشيخ
ابو اسحق الشيرازي احد من حمل جنازته وقبل انه (573) في سنة
احدي وتسعين وثلثماية وروبت له منامات صالحة بعد موته وكان
قد انتهي اليه علم الحديث وحفظه في وقته هذا اخر ما نقلته من
كتاب ابن نجار ۞

Al Khateb Abou Becr Ahmed ibn Ali ibn Tsabit ibn Ahmed ibn Mohdi ibn Tsabit Bagdadensis, notus Concionatoris titulo, auctor Chronici urbis patriae aliorumque librorum utilissimorum. Fuit ex fidissimis traditionis conservatoribus eruditisque recondita do-

---

(568) Verba من ذلك omittuntur in Leyd. (569) Leyd. bene ابا. Recte deinde inserit له post قال, tum scribit ولاكن. (570) L. فجاء. Mox فهاكذا. (571) Recte L. ابي بكر. (572) L. وقف. (573) Excidit hic ولد, quod bene inserit L., qui pro روبت habet ريت.

doctrina praeditis. Quod si praeter Chronicon illud nihil aliud scripsisset, hoc omnino sufficisset, cum magnam viri lectionem prodat. Composuit autem circiter centum volumina, ejusque tantopere celebratur excellentia ut descriptione non egeat. In vita Ibn Schahini (574) *aliquid ex illius historia reperitur. Jurisprudentiam didicerat ab Aboul Hoseino Lecticario* (575), *et Judice Aboul Thaïbo Thabarita aliisque. Sed quamvis legum peritiam non negligeret, praecipuam tamen operam traditioni navavit et historiae. Natus est A.* 392 (Chr. 1001 — 2), *die Jovis mensis Djomadae posterioris vigesimo tertio, obiitque feria secunda, die septimo Dzoul Hadjae A.* 463 (Chr. 1070.

(574) في ترجمة ابن شاهين. Sic vitas a se ipso conscriptas laudare solet Ibn Khalic. Ergo, cum apud nullos historiae Literariae auctores quidquam de hoc viro reperire possem, totum Indicem Tydemannianum accurate perlegi, ut sic de vero illius nomine certior fierem. Quae res tamen successu caruit. Interim ob temporum rationes diversus habeatur ab eo, qui supra nobis occurrit in vita Ibn Doreidi p. 40. Fortassis uterque originem nomenque derivavit ab illa Schahinidarum familia, quae ab A. 338 (Chr. 949 — 50) ad A. 373 (Chr. 983 — 4) in locis palustribus inter Wasethum et Basram regnavit, deinde vero ad privatam conditionem redacta est. Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 486, 544, 554, 556.

(575) Aboul Hosein Ahmed ibn Mohammed Jurisconsultus Schafeiticus, suam disciplinam Bagdadi docuit, ubi mortuus est A. 415 (Chr. 1024 — 5), natus A. 368 (Chr. 978 — 9). Cognominatus est *Al Mohameli* q. d. *Lecticarum Confector*, a محامل plur. a محمل *lectica itineraria*, quod h. s. Golio addendum. Cf. Ibn Khalic. n. 26. Cod. P. T. I. p. 29. Leyd. M. T. I. p. 34. — Qui sequitur Aboul Thaïb Thabarita pp. nomine appellatur Thaher ibn Abdollah, et natus A. 348 (Chr. 959 — 60), obiit Bagdadi A. 450 (Chr. 1058 — 9). Item Doctor sectae Schafeiticae et poëta insignis fuit, cujus carmen exhibetur in Abulfeda Reiskiano T. I. p. 342. n. q. Cf. idem T. III. p. 180. ubi in nota erroris Herbelotium insimulavit Reiskius. Nam qui in *Bibliotheca Orient.* p. 974 b. v. *Ketab al Ghena* memoratur Thabarita, cum praenomine *Aboul Thabib*, hunc ab eo, de quo nunc agimus, haud diversum putavit, et Aboul Thaïb reponere jussit Vir Doct. Equidem adhuc assensum retineo. Obstare enim videtur titulus *Al Maleki*, qui huic viro tribuitur, cum noster ad Schafeitas pertineat. Prima fronte eo convenire potius censeas illum, quem inter Thabaritas quintum numeravit Herb., Ahmedem ibn Abdollam Al Maleki, mortuum A. 694 (Chr. 1294 — 5); nisi praenomen et secta obstarent, quae ad illum annum in *Mamluchorum historia* prodidit Ibn Habibus, eum vocans Mohibboddinum (Aboul Mahasenus Madjdoddinum) Aboul Abbasum Ahmedem ibn Abdollam ibn Mohammed Thabaritam, Meccanum, Schafeitam. Unde discimus perperam legisse Herbelotium المالكي pro المكي, et Ahmedem ibn Abdolla Al Mekki, Ahmedem ibn Abdolla Al Maleki et Mohibboddinum, quos a se invicem distinxit, unius ejusdemque viri nomina esse.

1070—1) *Bagdadi: ex As Samanii vero sententia mense Schawali. Audivi autem Doctorem Abou Ishakum Schirazium c. d. b. v.* (576) *ex numero eorum fuisse, qui feretrum illius extulerunt, multorum memorem beneficiorum, quae ab eo acceperat: ejusdemque viri in scriptis idemtidem advocavit auctoritatem. Ex rebus admiratione dignis hoc est: quo tempore hunc in Oriente, eodem Abou Yousefum ibn Abd Al Barr* (577), *qui librum reliquit Al Istiâab* (sive Universitas) *inscriptum, in Occidente habitum esse traditionis conservatorem, ambosque eodem anno esse mortuos, ut infra Deo volente in Litera Te docebitur. Refert Mohibboddin Ibn An Nedjdjar in Chronico Bagdadensi, ex Aboul Barakaati Ismaëlis ibn Abou Saâd Sufitae* (578) *testimonio, Doctorem Abou Becrum ibn Zehra, eidem sectae addictum, sepulcrum sibi fieri curasse ad latus tumuli Baschari Al Hafi* (579), *eoque singulis hebdomadibus semel abire solitum, et somno ibi va-*

---

(576) Abou Ishak Ibrahim ibn Ali Schirazius vel potius Firouzabadius, Poëta, Jurisconsultus et egregiorum librorum auctor, discipulus et successor Aboul Thaïbi Thabaritae et collegio Nedhamitico Bagdadi praefectus fuit. Natus est A. 393 (Chr. 1002—3), decessit A. 476 (Chr. 1083—4) Bagdadi. Cf. Abulf. A. M. T. III. p. 248 sq. Herbel. v. *Firouzabad*, *Ibrahim al Schirazi*, *Schirazi*, *Tanbih fil fekh*, *Thabacat al Fokaha*; Ibn Khal. n. 5. Cod. P. T. I. p. 5. Leyd. M. T. I. p. 6 sq. etc.

(577) Abou Omar Yousef ibn Abd Al Barr (sic enim nomen legendum est,) ex Namiritarum tribu Cordubensis, natus A. 368 (Chr. 978—9), defunctus est in urbe Andalusiae orientalis Schathiba A. 463 (Chr. 1070—1). Nomen Ibn Abd Al Barri ab avo traxerat, si Abulfedam sequaris, qui patrem ejus Abdollam facit: cum Ibn Khal. ipsi et patrem tribuat et proavum Abd Al Barrum. Qualis quantusque vir fuerit ex Abulfedâ intelligi potest l. l. T. III. p. 218 sqq., ubi Reiskius not. hist. 170. varia Herbelotii loca eo spectantia commemoravit. Adde Ibn Khal. n. 847. Cod. Palm. T. III. p. 239 sqq. Leyd. M. T. III. p. 399—402. Liber Ibn Abd Al Barri, qui hic memoratur, plenum titulum habet استيعاب في معرفة الصحابة. De omnibus enim Mohammedis sociis in eo exposuerat.

(578) De duobus doctoribus Suficis, qui hic memorantur, nihil Ibn Khalic. aut reliqui auctores mei produnt.

(579) Abou Nâsr Baschar ibn Al Harets inter sanctos viros censetur. Natus est in urbe Merou A. 150 (Chr. 767—8), obiit in urbe patria, vel Bagdadi potius (uti ex illis, quae hic ex Ibn Nedjdjari Chronico referuntur, plânissime constat) A. 226 vel 227 (Chr. 840—2). Habuit tres sorores eadem sanctitatis fama celeberrimas. Vitam ejus habet Ibn Khalic. n. 113. Cf. Cod. P. T. I. p. 134. Leyd. M. T. I. p. 163. Adde Abulf. A. M. T. II. p. 176. Herb. v. *Baschar* et *Hafi*

 et-

vacasse et totum Coranum perlegisse. Mortuo autem Abou Becro Concionatore venisse ad Abou Becrum ibn Zehra traditionis magistros, rogantes, ut Concionatorem in sepulcro, quod sibi fieri curaverat, humari sineret: sic enim testamento praecepisse Doctorem, ut ibi loci sepeliretur. Ergo hac in re ipsum sibi praeferret. At illo (inquit Aboul Barakaat) *id vehementissime recusante, et locum, quem per complures annos in suos usus paratum habuisset, sibi eripi querente, hi, re cognita, patrem accesserunt meum Abou Saădum ad eumque negotium detulerunt: qui Doctorem Abou Becrum ibn Zehra arcessivit et Nequaquam, inquit, te sepulcrum tuum tradere jubeo. Hoc vero rogo: Si Baschar Al Hafi adhuc viveret, tuque ad latus ejus consedisses, num te, accedente Abou Becro Concionatore et inferius subsellium occupaturo, superius servare deceret? Minime vero, inquit, alter, sed surgens ipsi loco cederem. Tum pater idem nunc quoque fieri oportere respondit. Quibus verbis placatus Abou Becrus, sepeliendi Viri necessariis potestatem fecit. Ergo ad latus illius* (Baschari) *jacet, in vico Harb* (sive bellico) (580). *Ducentos aureos, quos reliquit, inter traditionarios, Jurisconsultos et pauperes, fatali afflictus morbo, ipse distribuerat: testamentoque caverat, ut omnes, quibus usus erat, vestes, mendicis, stipis loco, suo nomine darent. Omnes quoque libros suos, quos scripserat plusquam* (581) *sexaginta, Moslemis legavit. Nam proles ipsi deërat. Doctor Abou Ishak Schirazius inter eos fuit, qui feretrum ipsius humeris efferrent. Secundum nonnullorum opinionem natus est A.* 391 (Chr. 1000—1). *Ex probarum traditionum auctoritate in somnis post mortem nonnullis apparuisse dicitur* (?). *Dum viveret, in traditione ejusque conservandae studio principatum erat consecutus. Hic desinunt ea, quae transtuli ex libro Ibn An Nedjdjari.*

§. X.

---

et in Supplem. v. *Baschar*. Caeterum ad hunc locum probe observandum est, Moslemis imprimis optandum videri, ut juxta virum religionis observantia et vitae auctoritate conspicuum sepeliantur. Inter varia illius moris exempla, quae apud scriptores occurrunt, unum laudasse suffecerit proditum a Daulat Schaho in vita Scheikhi Feridoddini Attaris apud Sacyum Virum Celeb. in *Livre des Conseils* p. 18. *Pers.* p. 44 sq. *Vers.*

(580) Haud diversus videtur iste locus a *Darb al Harb*, cujus mentionem facit Herb. v. *Harb* et *Darb*.

(581) Alii, ut ipse Ibn Khalic., ad centum volumina fuisse ferunt. Cf. Reisk. ad Abulf. l. l. n. 169.

§. X.

MS. 1870 (357) كتاب تهذيب الاسماء واللغات للشيخ العلامة شيخ الاسلام والمسلمين ابي زكريا يحيى النووي, *Liber concinnae interpretationis nominum et vocabulorum, Doctoris eruditissimi, Doctoris Islamismi et Moslemorum Abou Zacarjae Tahyae Nauwaei.* Titulum libri in Charta Orientali probabiliter exarati, et pp. 485 in folio minore continentis, in longiore praefatione (p. 1—5) non reperimus, sed ex subscriptione derivavimus, quae hoc exemplum factum esse testatur A. 814 (Chr. 1411—2). Auctor opus orditur a Linguae Arabicae laudibus, cujus studium inter socios Mohammedis imprimis floruisse asserit, ita ut Ibn Abbasus, Ayescha, Khalifa Omarus, ejusque filius, magnam Arabicarum elegantiarum partem multaque carmina memoriae mandassent. Hinc illud ad posteros manasse, neque Sectae suae principis Schafei peculiari commendatione caruisse. Jam vero ut studiosorum commodis consuleret, hoc a se opus confectum esse dicit, ex sex potissimum libris excerptum, quorum titulos, Latine vix exprimendos, Arabice tantum ipsis auctoris nostri verbis exhibebimus: فاجمع كتابا في الالفاظ الموجودة في مختصر ابي ابرهيم المزني (582) والمهذب والوسيط والتنبيه والوجيز والروضة وهو الكتاب

(582) Compendium hic citatur disciplinae Schafeiticae compositum ab ipsius Schafei discipulo Abou Ibrahimo Ismaële ibn Yahya Mazanita, qui in Aegypto decessit A. 264 (Chr. 877—8). Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 252. Ibn Khalic. n. 92. Cod. P. T. I. p. 106. Leyd. M. T. I. p. 127. Hujus libri mentionem obiter fecit Herb. v. *Mokhtasser* et *Mouzeni*, ubi nos ablegat ad v. *Ibrahim Al Merouzi*, quem virum illud compendium commentario explicuisse dicit. Videtur autem المزني non pro nomine auctoris gentilitio, sed pro libri titulo, habuisse. Ex reliquis, quae hic laudantur, operibus, *Al Wasith* et *Al Wadjiz* videntur esse Wahidaei in Coranum Commentarii; *Al Tanbih* vero, quod multorum librorum nomen est, fortasse h. l. designat Librum Juridicum, qui ita appellatur, auctore Abou Ishako Ibrahimo Firouzabadio. Cf. Herb. p. 851. Col. a. media. De *Raudha* supra jam actum n. 76. Ex hoc nostro alioque Ibn As Sebekii loco, infra memorando, ubi diserte laudat النووي في الروضة, manifestum est, hunc librum ab ipso Abou Zacarja conscriptum et Theologici imprimis argumenti fuisse. Rafiaei nomen, patriam et aetatem, de quibus nihil nobis constare antea diximus n. 90, nunc casu magis, quam industria, deteximus in Ibn As Sebekii *Hist. Doct. Sectae Scha-*

الكتاب الذي اختصرته من شرح الوجيز للامام ابي القاسم الرافعي
His etiam alia adjunxerat, de quorum fontibus infra agemus uberius, dein, qualem ordinem in libro componendo secutus sit, multis verbis exponit. Nempe major operis divisio in duas est partes, quarum prior nomina propria virorum et mulierum historiamque continet, eorum maxime, qui in traditione allegantur; posterior ipsa Linguae vocabula interpretatur eodem spectantia. Nominum propriorum tractatio rursus in duo Capita distinguitur, de viris alterum, alterum de mulieribus. Haec vero singula iterum octo paragraphos habent, quarum quinta tamen in illo de feminis Capite non legitur. Prioris Sectionis divisiones hic subjungemus, quo de posteriore etiam aestimatio fieri possit.

I. *De veris nominibus*, quae paragraphus totius pene libri dimidium implet. II. *De praenominibus ab* ابو *incipientibus, sive* الكُنَى. III. *De nominibus gentilitiis, cognominibus, et quae a tribuum appellationibus ducuntur.* IV. *De nominibus, quae ab* ابن, اخو, عم, خال *et similibus initium ducunt.* V. *De illis, qui a patre et avo traditionem accepisse memorantur.* VI. *De illis, qui cognomine, a* زوج (maritus) *incipiente, noti sunt.* VII. *Obscurorum nominum et incertorum, quae in traditione leguntur, ut* رجل, شيخ, *etc. indagatio.* VIII. *De erroribus, qui in nominibus, cum veris, tum gentilitiis, committuntur.* Omnia autem accuratissime Alphabetico ordine sunt disposita, a quo semel tantum deflexit auctor, in nomine Mohammedis. Qui hoc enim gerunt omnes, initio facto ab ipso Pseudopropheta, primo loco commemoravit, Bokharii aliorumque Doctorum exemplo. Similiter in secunda parte literarum seriem sequitur, ita ut vocabulorum explicationem praemittat, his ad singularum literarum calcem locorum nomina subjungat; quamobrem Geographiae non minus, quam Historiae et Grammaticae illustrandae opus inservire possit. Quod vero omittendum non est, auctor in

---

Schafeïticae T. II. p. 387—391. coll. Soyouthii طبقات المفسرين p. 15. Nomen est Abd Al Kerim ibn Mohammed, patria Kazwin, ubi obiit A. 623 (Chr. 1226—7) ex traditione Ibn Khalicani, cujus tamen in opere vita Rafiaei non exstat. Fuit Theologus et Interpres Corani eximius. Commentarius illius, qui h. l. laudatur, proprio nomine appellatur العزيز.

in literarum serie, usu rariore, Waw post He ponendam esse putavit. Haec de ordine operis, nunc de scriptoribus videndum est, quorum auctoritatem se usurpasse deinceps noster affirmat. Quem locum memoria dignissimum integrum exscribemus: نقلته من كتب الايمة الحفاظ الاعلام المشهورين بالامامة في ذلك والمعتمدين عند جميع العلماء كتاريخ البخاري وابن [ابي] خيثمة وخليفة بن خياط المعروف بشباب والطبقات الصغر والطبقات الكبر لمحمد بن سعد كاتب الواقدي وهو ثقة وان كان شيخه الواقدي ضعيفا ومن الجرح والتعديل لابن ابي حاتم والثقات لابي حاتم بن حبان بكسر الحاء وتاريخ نيسابور للحاكم ابي عبد الله وتاريخ بغداد للخطيب وتاريخ همذان وتاريخ دمشق للحافظ ابي القاسم بن عساكر وغيرها من كتب التواريخ [وغيرها] ومن كتب اسماء الصحابة كالاستيعاب لابن عبد البر وكتاب ابن منده وابي نعيم وابي موسي وابن الاثير وغيرها ومن كتب المغازي والسير ومن كتب ضبط الاسماء كالموتلف والمختلف للدارقطني وعبد الغني بن سعيد والخطيب البغدادي وابن ماكولا وغيرها ومن كتب طبقات الفقهاء كطبقات ابي عاصم العبادي وطبقات الشيخ ابي اسحق وطبقات الشيخ ابي عمرو بن صالح وهو مقطعات وقد شرعت في تهذيبها وترتيبها وهو نفيس لم يصنف مثله ولا قريب منه ولا يغني عنه في معرفة الفقهاء غيره ويقبح بالمنتسب الي مذهب الشافعي جهله واجمع فيه عيونا من روايات كتب الحديث وكتب الفقه وكتب الاصول وغيرها ومن الانساب كالانساب لابي سعد السمعاني وغيره ومن كتب المهمّات ككتاب الخطيب البغدادي وابن بشكوال وغيرهما واما اللغات فمعظمها من تهذيب اللغة للازهري

وكتاب شرح الفاظ مختصر المزني والمحكم في اللغة وجامع القزاز والجمهرة لابن دريد والمجمل لابن فارس وصحاح الجوهري وغيرها من الكتب المشهورة في اللغة ومن كتب غريب الحديث كغريب ابي عبيدة وصاحب ابي عبيد وابن قتيبة والخطابي والهروي ومن كتب تفسير القران كالبسيط للواحدي وكتاب الرُمّاني المعتزلي وغيرهما من التفاسير الجامعة اللغات ومن الكتب المصنفة في انواع من مفردات اللغة كغريب المصنف لابي عبيد القسم بن سلام واصلاح المنطق لابن السكيت وادب الكاتب لابن قتيبة وشروحه وكتاب الزاهر لابن الانباري وشروح الفصيح ومن الكتب المصنفة في لحن العوام للمتقدمين والمتاخرين وهي كثرة مشهورة ومن شروح الحديث كمعالم السنن للخطابي في شرح سنن ابي داوود والاعلام له في شرح البخاري والتمهيد لابن عبد البرّ في شرح الموطا وشرح البخاري لابن بطال وشرح الترمذي لابن العربي وشرح مسلم للقاضي عياض والمشارق له ومطالع الانوار لابن قرقول وغيرها ومن كتب الفقه والاصول والكلام كبيان حقيقة العقل والنبي والمعجزة والكرامة والسحر والرزق والتوفيق والخذلان والكلام والوجود والاجال والاقدار والمعالم والنسخ والبدا وغير ذلك مما لا يوجد متقننا الا في كتب الاصول والكلام ومن كتب الاماكن ككتاب ابي عبيد البكري والاشتقاق لابي الفرج الهمذاني والموتلف والمختلف في الاماكن للحازمي وغيرها وستري ان شاء الله تعالي ما انقله من هذه الكتب مضافا اليها كلها في مواطنها وكذا غيرها مما لم اذكرها مما ستراه وتقرّ به عينك ۞

Trans.

Transtuli illum ex libris Imamorum, traditionis conservatorum, virorum in ea principum et illustrium dignitatis eminentia, quibusque ab omnibus doctis fides haberi solet, ut Bokharii Chronico, et Ibn [Abou] Khaitsamae (583), *et Al Halifae ibn Hiadh, qui nomine Schababi notus est, et Classibus minoribus et majoribus Mohammedis ibn Saâd scribae Wakidaei, qui fide dignus est, licet Doctoris illius Wakidaei infirmum sit testimonium; item ex Libro de veris falsisque traditionum testimoniis dijudicandis, auctore Ibn Abou Hatemo* (584), *alioque ipsius Abou Hatemi Ibn Hibani, cum Kesre literae Ha, qui de fidis agit scriptoribus. His adde Historiam Nisabourae Abou Abdollae Al Hakemi* (585), *et Chronicon Bagdadense Concionatoris, item Hamadanense, et Damascenum Al Hafedhi Aboul Kasemi Ibn Asaceri, aliaque ex majoribus Chronicis. E libris, quibus sociorum*

(583) Bokharii Chronicon, quod Historiam Doctorum de traditione bene meritorum complectitur, memoravit Herb. v. *Tarikh Al Bokhari*, qui etiam v. *Haithemah* et *Nessai* meminit Ibn Haithemae (l. Khaitsamae) ibn Zehr Nesaitae Chronici scriptoris, non, ut ipse testatur, A. 920 (Chr. 1514—5) vel 923 (Chr. 1517—8), sed, ex Hadji Khalifae testimonio, A. 279 (Chr. 892—3) defuncti. Mox duo alii memorantur magnae famae scriptores, Al Khalifah (sic enim legendum est, non Al Halifah, uti Abou Zacarja habet,) ibn Hiadh, et Mohammed ibn Saâd. Prioris obiter meminit Herb. v. *Thabacat Al Rouat*, qui libri titulus est ab eo conscripti. Vitam viri A. 230 (Chr. 844—5), vel 240 (Chr. 854—5), aut A. 246 (Chr. 860—1) mortui habet Ibn Khal. n. 218. Cod. P. T. I. p. 269 sq. Leyd. M. T. I. p. 309. Fuit Historiae traditionisque peritus et Bokharium discipulum habuit. — De posteriore Mohammede ibn Saâd accuratius in *Diatribe de Wakidaeo* dicturi sumus. Nunc animadvertisse sufficiat eum Bagdadi decessisse A. 230 (Chr. 844—5), non 220 ut ait Herb., aetatis 62, et in Thabakaat, sive Classibus majoribus, egisse de sociis Mohammedis, eorumque successoribus, sive *Tabein*, et de Khalifis, ad sua usque tempora, quindecim voluminibus. Cf. Herb. v. *Thabacat Al Rouat*, *Thabacat Al Sahabah*; Ibn Khal. n. 656. Cod. P. T. II. p. 187. Leyd. M. T. II. p. 286.

(584) Teste Hadji Khalifa, Ibn Abou Hatem pp. appellatur Abdorrahman et obiit A. 327 (Chr. 938—9). — De Abou Hatemo Bostensi, cujus proprium nomen fuit Mohammed, ibn Ahmed vid. Abulf. A. M. T. II. p. 486, qui, consentiente Aboul Mahaseno, mortem viri scriptis suis clari refert ad A. 354 (Chr. 965). Adde notam Reiskii histor. 370, unde apparet Schafeitam fuisse, quia Ibn As Sebeki, illius sectae historicus ejus vitam descripsit. De hominis urbe natali vide Herb. in voce *Bost*.

(585) Abou Abdolla Mohammed ibn Abdolla, notus cognomine Al Hakemi (sive Judicis), Nisabouriensis, natus A. 321 (Chr. 932—3), defunctus A. 405 (Chr. 1014—5), traditionis studio illustris, inter alia scripsit, teste Ibn Khalicano, تاريخ علماء نيسابور, quod opus brevius تاريخ نيسابور vocari so-

rum nomina continentur, *consului opus Universitas appellatum*, *Ibn Abd Al Barri*, *item libros Ibn Mandehi*, *Abou Naïmi*, *Abou Mousae*, *Ibn Al Atsiri etc.* (586). *Ex operibus*, *quae de expeditionibus et profectionibus agunt* (587), *item quae rectam nominum scriptionem definiunt*, *praesto mihi fuere illa de nominibus synonymis diversisque Darokothnii*, *Abd Al Ginae Ibn Saïd*, *Concionatoris Bagdadensis*, *Ibn Makoulae etc.* (588). *Ex Jurisconsultorum Classibus*, (sive Thabakaat) *excerpsi illas*, *quae ab Abou*

---

solet. Cf. Herb. v. *Nischabouri* et *Tarikh Nischabour*; Abulf. A. M. T. III. p. 22, qui eum vocat Ibn Al Hakem Al Nisabouri; Ibn Khal. n. 626. Cod. P. T. II. p. 126. Leyd. M. T. II. p. 257. Chronicon Hamadanense, cujus mentio sequitur, ab Herbelotio v. *Tarikh Hamadan* refertur ad auctoritatem Abou Schadjâae Mohammedis ibn Al Hosein Hamadanensis, quem perperam, post Hadji Khalifam, A. 509 (Chr. 1115—6) obiisse dicit. Nam Mohammedes iste, Vezirus Moktadii Khalifae, mortuus est A. 488 (Chr. 1095), sec. Ibn Khal. n. 712. Cod. P. T. II. p. 407 sqq. Leyd. M. T. II. p. 390 sqq.

(586) Abd Al Barrum supra jam attigimus, n. 553. Ibn Mandeh videtur esse Abou Abdolla Mohammed ibn Yahya ibn Mandeh auctor Chronici Ispahanensis, cujus A. 396 (Chr. 1005—6), vel A. 401 (1010—1) defuncti memoriam servavit Ibn Khalic. n. 631. Cod. P. T. II. p. 133. Leyd. M. T. II. p. 260. E tribus reliquis Abou Mousae cognomen ad varios referri poterit. Num forte h. l. sermo est de Abou Mousa Mohammede ibn Abou Becr, cujus vitam paragrapho proxime superiore ex Ibn Khalicano produximus? Certius pronuntiare possumus quid de Abou Naïmo statuendum sit. Hic enim Ispahane natus A. 334 vel 336 (Chr. 945—8), mortuusque ibidem A. 430 (Chr. 1038—9), pp. dictus est Ahmed ibn Abdolla, et traditionis studiosissimus inter alia reliquit opus inscriptum: حلية الاولياء وطبقات الاصفياء, *Ornatus dilectorum Dei et classes piorum*, quod *sanctorum vitas* complexum esse videtur. Vide Reiskium ad Abulf. A. M. T. III. not. hist. 70., varios Herbelotii hac de re errores corrigentem. Ejusdem auctoris alius liber exstat inter MSS. Leydenses N. 1762 (568) *De Ispahane ejusque expugnatione* etc. Vita legitur apud Ibn Khalic. n. 32. Cod. P. T. I. p. 38. Leyd. M. T. I. p. 46. — Restat ut de Ibn Al Atsiro videamus, quod nomen tribus fratribus commune fuit, notissimo historico auctori libri Al Kamel Azzeddino Aboul Hasano Alio, Madjdoddino Aboul Saädat Al Mobareko et Dhiaddino Aboul Fataho Nasrallae. Probabile tamen est, hic de Historico Azzeddino agi, defuncto Mausalae A. 630 (Chr. 1232—3). (Cf. Abulf. A. M. T. IV. p. 398 et loca Herbelotii a Reiskio in notis laudd. Koehlerus in *Repert. für Bibl. und Morgenl. Literatur* T. II. p. 32 sqq. alios). Hunc enim librum *de rebus sociorum Mohammedis* sex voluminibus edidisse Ibn Khalic. et Abulf. testantur.

(587) Hic excidisse videntur librorum de Regionum occupatione agentium nomina.

(588) De Darokothnio vid. n. 135. Abou Mohammed Abdol Gina Aegyptius, traditionarius illustris, natus A. 332 (Chr. 943—4), defunctus A. 409 (Chr. 1018—9), etiam ipse librum scri-

Abou Asemo Ibadita, Doctoribusque Abou Ishako et Abou Amrouo ibn As Salah compositae sunt (589). *Quas extremo loco nominavi, earum partes divulsas ordinare et dis-*

---

scripsit المختلف والموتلف, ut ante fecerat Darokothnius, aliumque, de quo mox videbimus مشتبه النسبة i. e. *Obscuritas genealogiae.* De Ibn Makoula breviter diximus n. 174. Classicus autem in ejus vita locus exstat de libris scriptoribusque h. l. ab Abou Zacarja memoratis, quem eam ob caussam hic integrum vulgabimus: وكان احد الفضلاء المشهورين يتتبع الالفاظ المشتبه في الاسماء (اسماء .l) الاعلام وجمع منها شيا كثيرا وكان الخطيب ابو بكر صاحب تاريخ بغداد قد اخذ كتاب الحافظ ابي الحسن الدارقطني المسمي المختلف والموتلف وكتاب الحافظ عبد الغني بن سعيد الذي سماه مشتبه النسبة وجمع بينهما وزاد عليها وجعله كتابا مستقلا سماه الموتنف تكملة المختلف وجاء الامير ابو نصر المذكور وزاد علي هذا الموتنف وضم اليه الاسماء التي وقعت له وجعله ايضا كتابا مستقلا سماه الاكمال وهو في غاية الافادة في رفع الالتباس والضبط والتقييد وعليه اعتماد المحدثين وارباب هذا الشان فانه لم يوضع مثله ولقد احسن فيه غاية الاحسان ثم جاء ابن نقطة محمد بن عبد الغني الاتي ذكره ان شاء الله تعالي وذيله *

Fuit (Abou Nasr ibn Makoula) *unus eruditorum illustrium, qui in obscura doctorum virorum et ambigua nomina inquisivit, eaque de re multa collegit.* (Jam antea) *Concionator Abou Becr, Chronici Bagdadensis auctor, librum Al Hafedhi Darokothnii, qui de diversis agit et synonymis, aliumque Al Hafedhi Abdol Ginae ibn Saïd, cui titulus: Originis obscuritas, conjunxit et amplificavit, et parvae molis libellum inde confecit: Exordium perfectae de nominum propriorum diversitate tractationis appellatum. Mox exstitit Abou Nasr Emirus, de quo diximus, qui hoc Concionatoris opus nominibus, quae ipsi occurrerant, auctum, etiam ipse ad modicam formam redegit, et Perfectionem appellavit; cujus libri eximia est utilitas in dubitatione tollenda, rectaque nominum scriptione, vocaliumque positione constituenda. Huic imprimis confidunt traditionarii et ejusmodi doctrinae principes. Neque enim alius liber exstat dilucida rerum explicatione cum eo comparandus. Eximiam quippe operam auctor in eo collocavit. Appendicem postea libro adjecit Ibn Nokthah Mohammed ibn Abdol Gina, de quo deinceps agemus.* Caeterum Ibn Nokthah, qui hic memoratur, Traditionarius Bagdadensis, obiit A. 629 (Chr. 1231 — 2). Cf. Ibn Khalic. n. 671. Cod. P. T. II. p. 223. Leyd. M. T. II. p. 302.

(589) Ex tribus, qui Thabakaat Al Fokaha edidisse dicuntur, scriptoribus, primus Abou Asem Ibadita verum nomen habuit Mohammed ibn Ahmed. Fuit Heratensis, Jurisconsultus sectae Schafeiticae. Natus est A. 375 (Chr. 985 — 6), obiit A. 488 (Chr. 1095 — 6). Cf. Ibn Khal. n. 597. Cod. P. T. II. p. 70. Leyd. M. T. II. p. 231. — Alter est Abou Ishak Ibrahim Schirazius, de quo supra jam vidimus n. 66 et 576. Cf. Herb. v. *Thabakat al Fokaha.* — Tertius est Abou Amrou Otsman ibn Abdorrahman, quem memoravimus n. 556. Liber de Jurisconsultorum classibus ab Ibn Khalicano ipsi non tribuitur.

disponere institui. Sunt autem quantivis pretii; ita ut nihil umquam scriptum sit, quod cum iis comparari possit, aut ad earum praestantiam prope accedat, illiusque operis (quod ignorasse Schafeïtae turpe foret), in Fakihorum historia cognoscenda, vicem suppleat. Praeterea in meam scriptionem congessi praecipua quaeque momenta ex libris Traditionum nec non Jurisprudentiae, illisque, qui de Theologiae Jurisque fundamentis agunt etc. Inter Genealogicos libros usus sum Originibus Abou Saâdi Samaânitae, aliisque; inter obscurarum quaestionum libros, Operibus Concionatoris Bagdadensis et Baschkouali (590) etc. Quod ad vocabulorum interpretationem attinet, eam maximam partem hausi ex Recta linguae Ordinatione Al Azharii (591), et Interpretatione verborum compendii Al Mazanii, et Munimento Linguae (592) et Collectione Al Kazzazi, Lexicisque Ibn Doreidi, Ibn Al Faresi et Djeuharii, aliisque libris de Lingua celebrioribus; item ex scriptis de Traditionum vocabulis rarioribus, Abou Obeidae et Domini Âbou Obeidi, Ibn Kotaibae, Al Khettabii, Heratensis (593); porro ex Corani Commentariis, ut amplio-

---

(590) Aboul Kasem Khalaf ibn Abdolla, cognominatus Ibn Baschkoual i. e. Pascalis, natus est Cordubae A. 494 (Chr. 1100—1), decessit ibidem A. 578 (Chr. 1182—3). Multis scriptis editis clarus fuit, quorum longe celeberrimum illud est, quod inscribitur صلة في تاريخ ايمة اندلس et Appendicem continet Historiae Eruditorum Hispanorum, scriptae a Kadhio Aboul Walido Abdolla. Excerpsit illum Baschkouali librum Casirius *Bibl. Arab. Hisp.* T. II. p. 140—151. Abou Zacarja vero ad alium ejusdem auctoris librum respexit, hoc titulo: كتاب الغوامض والمبهمات, *Liber obscuritatum et difficultatum*, quem de nominibus eorum, qui in traditione memorantur, ad normam operis ejusdem argumenti, ab Abou Becro Concionatore Bagdadensi compositi, contexuerat, teste Ibn Khal. in vita n. 216. Cod. P. T. I. p. 269. Leyd. M. p. 308. Adde Herb. v. *Baschkual.* Abulf. A. M. T. IV. p. 54, ubi vid. Reisk. not. hist. 42.

(591) De Azharita vid. supra n. 137. Liber ejus تذهيب اللغة, decem volumina complectitur, teste Ibn Khalicano in vita.

(592) المحكم في اللغة. Auctor est Aboul Hasan Ali ibn Ismaël, cogn. أبن سيدة; Murcianus, mortuus A. 458 (Chr. 1065—6), aetatis 60. Ibn Khal. Cod. P. T. I. p. 545 f. sq. Leyd. M. T. II. p. 82 sq., Abulf. A. M. T. IV. p. 208. not. hist. 159. Herb. v. *Seidah.* De Al Kazzazo vid. n. 110. Ejus جامع inter libros celebres refert Ibn Khalic.

(593) Abou Obeidah, qui hic inter auctores librorum, غريب الحديث inscriptorum, censetur, est Maâmar ibn Motsanni, ex Temimitarum tribu Basrensis, plurimorum librorum auctor, quorum longum Catalogum exhibet Ibn Khalic. in ejus vita. Cf. n. 741. Cod. P. T. III. p. 26 sqq.

pliore illo, qui Wahidaeum auctorem habet, libroque Ar Rommanii Mótazalitae (594), *aliisque Scholiis verborum explicationem continentibus; tum ex libris, qui aliquam Linguae partem separatim spectant, ut Inusitata scribentis oratione Abou Obeidi Al Kasemi ibn Sallam, Sermonis emendatione Ibn As Secciti, Scribae institutione Ibn Kotaibae ejusque commentariis; nec non Libro Azzaher* (sive florentis) *Ibn Al Anbari, et Scholiis in Librum de Eloquentia* (595). *Tum nostra derivavimus ex scriptis de falsa vulgi pronuntiatione, quo-*

---

sqq. Leyd. M. T. II. p. 442—447. Leyd. A. p. 29—36. Insignis Grammatici et Philologi, qui, Mamouno imperante, centenarius, sed incerto anno, obiit, notitiam praebet Abulf. A. M. T. II. p. 144, ubi Reiskius not. hist. 132 et 133, de eo disputans, laudavit et correxit loca Herbel., quem vide imprimis v. *Abou Obeidah*, *Mamar* et in *Supplem.* p. 696 etc. — Qui sequitur Abou Obeid Al Kasem ibn Sallam iisdem artibus non minus excelluit. Ejus غريب الحديث magna ex parte exstat in Bibl. Lugd. Bat. MS. 615 (298). Natus est secundum nonnullorum sententiam in urbe Herat A. 154 (Chr. 770—1) defunctus Meccae A. 222 vel 223 vel 224 (Chr. 836—9). Extremum amplectitur Abulf. A. M. T. II. p. 172, ubi vide not. hist. 159, et loca Herbel. ibi laudd. Adde *Biogr. Univers.* T. I. p. 96. Sacy *Relat. de l'Egypte*, p. 486. n. 74. Ibn Khalic. n. 545. Cod. P. T. I. p. 685. Leyd. M. T. II. p. 179. — Al Khettabi cognomen est Abou Soleimani Hamadi ibn Mohammed Bostensis, Traditionarii et Jurisconsulti, quod traxit a proavo Al Khettab. Obiit A. 388 (Chr. 998). De eo vide Sacy *Relat. de l'Egypte*, p. 486 sq. n. 76. Ibn Khal. n. 206. Cod. P. T. I. p. 260. Leyd. M. T. I. p. 299. — Heratensis quis fuerit supra jam monuimus, n. 550.

(594) De Wahidaeo supra vidimus n. 193. Ar Rommani cognomen est, sive a vendendis malis Punicis, sive a castello Romman in tractu urbis Waseth derivatum, et tributum Aboul Hasano Alio ibn Isa Bagdadensi, Grammatico et Theologo Scholastico, nato A. 296 (Chr. 908—9), defuncto A. 382 vel 384 (Chr. 992—5). Cf. Abulf. A. M. T. II. p. 582 et not. hist. 413, ubi varia tanguntur Herbelotii loca, quae ad nostrum auctorem pertinere non videntur. Vide praeterea Ibn Khalic. n. 446. Cod. P. T. I. p. 527. Leyd. M. T. II. p. 72, Soyouthi in طبقات المفسرين p. 17.

(595) De Ibn As Seccito, cujus in praecedentibus facta mentio, cf. n. 28. Ibn Al Anbari cognomen est Grammatici Abou Becri Mohammedis ibn Abou Mohammed Al Kasem, defuncti sec. Herb. v. *Anbari* et Ibn Khal. n. 653. A. 328 (Chr. 939—40). Vid. Cod. P. T. II. p. 178. Leyd. M. T. II. p. 281. — Liber الفصيح, sive *de Eloquentia*, auctorem habet Aboul Abbasum Ahmedem ibn Yahya Schaibanitam, cognomine ثعلب vel ثعلبة, Grammaticum insignem, natum A. 200 (Chr. 815—6), defunctum Bagdadi A. 291 (Chr. 903—4). Cf. Herb. v. *Fassih*, *Mobarred*, *Schaibani* et *Thaleb*, Abulf. A. M. T. II. p. 292, Sacy *Relat. de l'Egypte*, p. 479. n. 13. Ibn Khal. n. 42. Cod. P. T. I. p. 43. Leyd. M. T. I. p. 52.

quorum ab antiquis recentioribusque compositorum et copia magna est et celebritas; item ex Traditionum interpretamentis; in his ex Notis legis ore acceptae Al Khettabii, quibus Sonnam Abou Daoudi explicat, alioque Indiciorum libro ejusdem auctoris ad Bokharii interpretationem, item Explanatione Tamhid inscripta libri Mautha ab Ibn Abd Al Barro composita (596), *aliisque Commentariis, ut Ibn Baththali in Bokharium, Ibn Ol Arbii in Termeditam, Judicis Aiadhi in Moslemum, ejusdemque auctoris libro Ortus inscripto, et Luminum ortu Ibn Korkouli* (597) *aliisque; nec non profeci ex libris Juris-*

---

(596) Liber Al Mautha auctorem habet Celeberrimum Doctorem Abou Abdallam Malecum ibn Ans, unius e sectis orthodoxis conditorem, qui natus A. 95 (Chr. 713—4), obiit A. 179 (Chr. 795—6), secundum Ibn Khalic. n. 560. Cod. P. T. II. p. 17 sq. Leyd. M. T. II. p. 204. Aliter Pocockius *Spec. Hist. Ar.* p. 288. Ed. nov. Adde Abulf. A. M. T. II. p. 66. not. hist. 68, 69, Herbel. v. *Malek ben Ans*, *Maoutha*, Mouradgea d'Ohsson., *Tabl. de l'Emp. Othom.* T. I. p. 5, edit. in f., ubi dicit librum Al Mautha, de traditionibus agentem, maximo, post ἐξάβιβλον Bokharii et aliorum, pretio haberi. Commentarius *Temhid* sub h. v. memoratur ab Herb., qui tamen illius auctorem perperam appellat *Abdalkaderum*. Ibn Khalic. duplicem memorat Abd Al Barri Commentarium in Al Mautham: quorum alteri titulus: كتاب التمهيد لما في الموطا من معاني والاسانيد, *Liber explanationis rerum et auctoritatum, quae in Mautha occurrunt*; alteri الاستذكار لمذاهب علماء الامصار فيما تضمنه الموطا من معاني الراي والاثار, *Emendatio opinionum Virorum Doctorum ex variis gentibus, de sententiis dictisque, quae libro Al Mautha continentur.* Prioris tamen operis major fama fuit, quod in 70 partes divisum, Alphabetico ordine, secundum nomina Doctorum Maleci disposuerat.

(597) Sec. Hadji Khalifam v. جامع الصحيح Ibn Baththal cognomen est Aboul Hasani Alii ibn Khalaf Africani Malecitae. — Ibn Ol Arbi est is, quem supra n. 89 inter illius nominis auctores primo loco posui, Mohammed ibn Abdolla Hispalensis. Is enim, teste Ibn Khalicano, librum scripsit, hoc titulo كتاب عارضة الاحوذي في شرح الترمذي, *Liber expositionis viri solertis in Termedii commentarium.* Judex Aiadhus, qui mox memoratur, est Aboul Fadhl ibn Mousa As Sebti, cujus A. 476 (Chr. 1083—4) nati, A. 544 (Chr. 1149—50) defuncti, memoriam prodit Abulf. A. M. T. IV. p. 512. Vid. etiam Herb. v. *Sebti*, item *Aiadh* et *Scharh Moslem*, qui eum A. 470 (Chr. 1077—8) in lucem editum esse perperam testatur. E duobus illius operibus hic allegatis, alterum اكمال في شرح كتاب مسلم (Abulf. اجمال), erat supplementum libri ejusdem argumenti, auctore Abou Abdolla Mohammede ibn Ali Al Mazario, (المازري. cf. Ibn Khal. n. 628) Maâlam vocati; alterum مشارق الانوار singularia exponebat, quae in libris traditionum Maleci, Bokharii et Moslemi occurrunt. Cf. Ibn Khalic. n. 522. Cod. P. T. I. p. 638. Leyd. M. T. II. p. 147. Ad hujus libri imitationem suum كتاب مطالع الانوار composuerat Ibn Korkoul, natus Alme-

risprudentiae et doctrinarum fundamentalium et Theologiae Scholasticae, ut Explicatione verae naturae (vocum) *intellectus, Prophetae, miraculi, prodigii, praestigii, largitionis, auxiliique divini, frustrationis, sermonis, existentiae, terminorum, decretorum, dogmatum et archetyporum, principiique etc.* (598), *quorum distincta tractatio non reperitur nisi in libris, qui circa doctrinarum elementa versantur. Denique usurpavi Libros Geographicos, ut opus Abou Obeidae Becritae, et Etymologicum Aboul Fardji Hamadanensis, et Librum de iis quae in locorum nominibus synonyma et diversa sunt auctore Haremensi* (599) *etc. Quid autem his ex libris derivaverim, postea intelliges. Suis enim quaeque locis ad auctores, unde hausi, relata sunt. Caeterum aliis quoque libris usus sum, hic non memoratis; uti deinceps laetus agnosces.*

Haec de praefatione et universa ratione operis in medium protulisse suffecerit. Reliquae autem scriptioni auctor praemisit quinque فصول, sive *sectiones*, quarum prima agit: *de utilitate cognoscendi nomina virorum conditionemque vivendi et gradum dignitatis;* altera: *de nominibus, quae Deo acceptissima sunt, et imprimis eligenda, nec non de pe-*

---

meriae A. 505 (Chr. 1111—2), mortuus Fessae A. 569 (Chr. 1173—4), cujus verum nomen est Abou Ishak Ibrahim ibn Yousef. Vid. *Supplem. Herbel.* v. *Corkoul*, Ibn Khalic. n. 18. Cod. P. T. I. p. 23. Leyd. M. T. I. p. 27.

(598) Quae praecedunt, desumta sunt ex vocabulis technicis, Theologiae Metaphysicae propriis, de quibus singulis hic non est disputandi locus. Vult auctor se harum vocum potestatem ex Scholasticis maxime definitionibus didicisse.

(599) Abou Obeidi nomine designatur Regis Almeriae Vezirus Abdolla, de quo egimus p. 68 initio. De Aboul Faradjo Hamadanensi nihil reperio, licet diu et studiose per omnes libros meos inquisiverim. Haremensis (الحارمي) nomen derivari potest a Castello Haremo in agro Halebensi. Cf. *Tab. Syriae* Abulfedae, p. 116 sq. et A. M. T. III. p. 510, 582, 592 et notas, T. IV. p. 34, 58, 584. Cum vero auctorem, qui ab eo oppido appelletur, equidem nullum invenerim; vix dubito, quin الحازمي legendum sit, quod cognomen a proavorum aliquo derivatum, adhaesit Abou Otsmano Hamadanensi, qui totum Coranum memoriter tenuit, et multas regiones traditionis colligendae caussa adiit, natus A. 548 vel 549 (Chr. 1153—5), defunctus A. 584 (Chr. 1188—9). Cf. Ibn Khal. n. 636. Cod. P. T. II. p. 137 sq. Leyd. M. T. II. p. 261, qui eum inter alia librum scripsisse refert hoc titulo: كتاب ما اتفق لفظه وافترق معناه في الاماكن والبلدان المشتبه في الخط, *Liber agens de nominibus locorum, quae nomine consentiunt, significatione differunt, quaeque scriptionis laborant ambiguitate.*

pejoribus in meliora mutandis; tertia: *de duobus cognominibus gentilitiis, alicui tribui solitis, ut* الهاشمي القرشي *et* المكي الدمشقي *aliisque similibus;* quarta: *de nomine Sociorum et Successorum, quibus tribuendum sit, et quasnam in classes illi dividantur;* quinta denique: *de perpetua successione Fakihorum sectae Schafeiticae a Schafejo ad auctoris usque tempora.* Quo loco de reliquis quidem Doctoribus suis in كتاب الطبقات se verba fecisse dicit, quatuor autem potiores memorat: scil. Abou Ibrahimum Ishakum Ibn Ahmed Hierosolymitanum ex Africa Occidentali ortum; Abou Mohammedem Abdorrahmanum ibn Nouh ex Hierosolymis Damascenum, mortuum A. 654 (Chr. 1256 — 7), secundum Ibn As Sebekium T. II. p. 355; Abou Hafsum Omarum ibn Asâd Arbelitam; et Aboul Hasanum Sellarum ibn Al Hasan Arbelitam, qui deinceps Halebum Damascumque concesserat, defunctum A. 676 (Chr. 1277 — 8), ut Ibn As Sebeki l. l. p. 346 testatur. Doctorum vero, quos primo tertioque loco nominavimus, fama obscurior est; ita ut, nec Ibn Khalicanus, nec ipse Sectae Schafeiticae Historicus, cujus testimonium semel iterumque allegavimus, ullam mentionem illorum injecerint; cum e contrario discipulus Abou Zacarja haud exiguam famae celebritatem sit adeptus. Nam ut omittam, quae Herbelotius v. *Mohieddin*, *Naouai*, *Nouaoui* et *Jag Al Menhag*, Casirius *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 510 etc., Koehlerus in *Repert. für Bibl. und Morgenl. Liter.* T. III. p. 267 — 269 et de Rossi *Dizionario Storico* etc. v. *Navavi*, de ipso viro ejusque scriptis prodiderunt; auctoris laudatissimi paullo ampliorem notitiam Ibn As Sebekii Historia nobis conservavit, cujus ipsa verba jam sequuntur, ex T. II. p. 412 descripta: يحيي بن شرف بن مري بن حسن بن حسين بن خرام بن محمد بن جمعة النووي الشيخ الامام العلامة محيي الدين ابو زكريا شيخ الاسلام واستاذ المتاخرين وحجة الله علي اللاحقين والداعي الي سبيل السالفين كان يحيي رحمه الله سيدا وحصورا كبيبا علي النفس همورا وزاهدا لم يبال بخراب الدنيا اذ صير دينه ربعا معمورا له الزهد والقناعة ومتابعة السالفين من اهل السنة والجماعة والمصابرة علي انواع الخير لا يصرف ساعة في غير طاعة هذا

هذا مع تفنن في اصناف العلوم فقها ومتون احاديث واسماء رجال ولغة وتصوفا وغير ذلك واذا اذا اردت ان اجمل تفاصيل فضله وادل الخلق علي مبلغ مقداره بمختصر القول وفضله لم ازد علي بيتين انشدنيهما من لفظه لنفسه الشيخ الامام وكان من حديثهما انه اعني الوالد رحمه الله لما سكن في قاعة دار الحديث الاشرفية في سنة اثنتين واربعين وسبعماية يخرج في الليل الي ايوانها فيتهجد تجاه الاثر الشريف ويمرغ وجهه علي البساط وهذا البساط من زمان الاشرف الواقف وعليه اسمه وكان النووي يجلس عليه وقت الدرس فانشدني الوالد رحمه الله لنفسه

وفي دار الحديث لطيف معني علي بسط لها اصبو وآوي
عسي ان امسّ بحرّ وجهي مكانا مسه قدم النووي

ولد النووي في المحرم سنة احدي وثلاثين وستماية بنوي وكان ابوه من اهلها المستوطنين بها وذكر ابوه ان الشيخ كان نايما الي جنبه وقد بلغ من العمر سبع سنين ليلة السابع والعشرين من شهر رمضان فانتبه نحو نصف الليل وقال يا ابة ما هذا الضوء الذي ملا الدار فاستيقظ الاهل جميعا فلم ير كلنا شيا قال والده فعرفت انها ليلة القدر وقال شيخه في الطريقة الشيخ يس بن يوسف الزركشي رايت الشيخ محيي الدين وهو ابن عشر سنين بنوي والصبيان يكرهونه علي اللعب معهم وهو يهرب منهم ويبكي لاكراههم ويقري القران في ذلك الحال فوقع في قلبي حبه وجعله ابوه في دكان فجعل لا يشتغل بالبيع والشري عن القران قال فاتيت الذي يقريه القران فوصيته به

وقلت

وقلت هذا الصبي يرجي ان يكون اعلم اهل زمانه وازهدهم وينتفع الناس به فقال منجم انت فقلت وانما انطقني الله بذلك قال فذكر ذلك لوالده فحرص عليه الي ان ختم القران وقد ناهز الاحتلام ۞

Yahya ibn Scharf ibn Mara ibn Hasan ibn Hosein ibn Kharam ibn Mohammed ibn Djomâ Nawita, Doctor, Imamus, Vir Eruditissimus, Mohyeddin Abou Zacarja, Scheikh Al Islam, magister hominum recentioris aetatis, testimonium Dei adversus eos qui illud assequi possunt, revocans (mortales) *ad priscorum viam et rationem. Fuit Yahya iste c. d. b. v.* (600) (Johannis Baptistae instar) *Dominus, abstinens, moestus animo, lacrymas effundens, Deoque addictus, qui mundi vastationem parum curaret, si modo religionis suae domus incolis frequentaretur; quique temperantia et contenta animi quiete praeditus esset, varioque genere virtutum veteres illos imitaretur verae legis et fidei patientiaeque sectatores, neque ullam horam absque observantia Deo praestanda transigeret. Nihilominus autem complures doctrinarum partes callebat, ut Jurisprudentiam, traditionum textum* (601), *virorum nomina, Rhetoricam, Theologiam mysticam* (602) *etc. Ego vero cum omnes partes praestantiae illius summatim colligere decre-*

---

(600) Respexit auctor ad Cor. Sur. 3. vs. 34. إن الله يبشّرك بيحيى مصدّقا بكلمة من الله وسيّدا وحصورا, *Certe Deus tibi fausta nuntiat de Johanne verbi Divini veritatem asserturo, quique Dominus et temperans futurus est.*

(601) متون الاحاديث. Vox متون pp. *firmitatem* notat vel *stabilitatem*, dein peculiari sensu de *textu* usurpatur. Sic Willmetius V. C. in Lexico. Dissentiunt tamen Giggejus et Castellus, (nam Golius significationem ignorat,) pluralem esse existimantes a sing. متن. Cum Arabum Lexicographi MSS. hac de re taceant, equidem utrum sit verius, definire non ausim. Quamvis locus ex Vita Timuri, quem laudavit Willm. pro forma مُتون pugnare videatur. Ibi enim sibi mutuo respondent مُتون et شُروح. Caeterum متون de textu traditionum dixit etiam Abulf. A. M. T. II. p. 236, ex cujus loci cum nostro comparatione hoc apparet, Abou Zacarjam eam ob caussam laudari, quod non tantum sententiam, sed ipsa verba traditionum memoria tenuerit.

(602) التصوف et علم التصوف passim designat doctrinam mysticam Sofiorum, quae notio Lexicis addenda est. Sic inter alios usurparunt Abulfar. H. D. p. 316 et Ibn Abou Osaiba in *vita Ab-*

doll-

creverim, hominibusque summum, quod in eo fuit, pretii excellentiaeque (603) *fastigium breviter ostendere; nihil addere possum duobus versiculis, quos mihi Doctor Imamus, qui eos composuit, praesens* (604) *recitavit. Res autem sic habet: Pater meus c. d. b. v.* (605), *cum in impluvio Lycei, traditionibus docendis destinati, et ab Al Aschrafo* (606) *conditi, A.* 742 (Chr. 1341 — 2) *habitaret, noctu in porticum egressus est, ut e regione signi excelsi* (607) *vigilias obiret, et faciem affricaret strato* (precibus intentus). (*Illud autem stragulum, cui, dum praelectiones haberet, olim insederat Nawita, ibi fuerat inde a tempore Al Aschrafi legatoris, hujusque nomine ornatum erat. Versus igitur sequentes, hac, qua diximus, occasione a se factos, pater c. d. b. v. mihi recitavit:* *In*

---

dollat. apud Sacyum *Relat. de l'Egypte*, p. 536, 6. Adde Hydium *de Rel. vet. Pers.* praef. p. 3. ubi definitur علم الوقوف مع الاداب الشارعية ظاهرا وباطنا, *Scientia persistendi in virtutibus legalibus tam externe quam interne.*

(603) De loci lectione et sensu dubitari potest. Nos ita vertimus, quasi فضله transpositis vocabulis ad ipsum Abou Zacarjam referendum, adeoque post مقداره collocandum esset. Fieri tamen potest, ut ad القول pertineat, et de elegantia verborum, quibus Abou Zacarjam laudare voluerit, agatur. An legendum فصله, affixo iterum ad Abou Zacarjam spectante et repetito ἀπὸ κοινοῦ بمختصر, ut sensus sit auctorem compendiose et brevi capite de eo agere voluisse?

(604) *Arab.* من لفظه, pp. *ex sermone suo, suis verbis.*

(605) Summus Judex Tadjeddin Abou Nasr Abdolwahab Ansarita Sebekius, (hoc enim plenum nostri Scriptoris nomen est,) patrem habuit itidem summum Judicem Damascenum, Takioddinum Aboul Hasanum Alium ibn Temam, quem Theologiae Scholasticae, Grammaticae, Rhetoricae, Poeseos aliarumque disciplinarum peritia illustrem celebrarunt, cum Ibn Habibus in *Hist. Mamluchorum* p. 482 sqq., tum ipse filius in *Hist. Doctorum Sectae Schafeiticae* T. II. p. 554 — 610, quo teste, inter alia varii generis munera Lycei quoque Aschrafitici praefecturam gessit. Quanto studio autem et pater et filius Abou Zacarjam sint amplexi, ex commentariis apparet, quibus librum illius منهاج appellatum ambo ornarunt. Pater Abdolwahabi, de quo hic egimus, Kahirae decessit anno aetatis 73, Hedjrae 756 (Chr. 1355.)

(606) Al Aschraf, a quo conditore hoc Lyceum nomen suum traxit, procul dubio est Al Malecі Al Adeli filius Al Malec Al Aschraf Modhaffereddin Mousa, qui ab A. 626 (Chr. 1228 — 9) ad A. 635 (Chr. 1237 — 8) Damascum rexit, eoque temporis spatio, (ut erat aedificandi studiosissimus,) etiam illud collegium exstruxisse videtur. Cf. Abulf. A. M. T. IV. p. 352, 422 sq.

(607) الاثر الشريف. *Signi excelsi* nomine hic videtur designari محراب, sive cavitas in muro oratorii, quae plagam coeli, ubi Caaba jacet, precaturis ostendit. Cf. *Tabl. de l'Emp. Othom.* T. I. p. 194.

In domo traditionis sensu suavissimae, straguli, quod ibi jacet, desiderio feror, in coque conquiesco:

Quippe fieri potest, ut gena mea locum contingat, quem olim pede suo pressit Nawita (608).

Natus est Nawita mense Moharremo A. 631 (Chr. 1233—4) *Nawae* (609), *e cujus oppidi civibus pater fuit, qui ibi perpetuam rerum suarum sedem posuerat. Is vero narrare solebat Doctorem nostrum, vix septem annos natum, cum ad latus suum quiesceret, media nocte vigesima septima mensis Ramadhani, subito expergefactum, clamasse: Unde ista lux universam domum collustrat? Qua voce cum tota familia excitata esset, et nemo quidquam novi vidisset, ex eo se intellexisse pater dicit hanc noctem fuisse noctem Al Kadr sive potentiae* (610). *Porro Doctor, qui ipsi sectae suae praecepta tradidit, Scheikh Yas ibn Yousef Azzerkaschi* (611), *se vidisse refert Doctorem Mohieddinum decem annos natum Nawae, quem inter ludendum aversabantur pueri. Hic ve-*

---

(608) Versiculi pertinent ad Speciem IV, sive الوفير, et hoc schema sequuntur:

∪ — — — | ∪ — ∪ ∪ — | ∪ — — | ∪ — — — | ∪ — — — | ∪ — —
∪ — — ∪ |

In extremo vs. 2 النواوي metri caussa legendum videtur, quae forma apud Ibn Habibum exstat.

(609) In Yakouti Moschtareko نوى scribitur, in Lexico vero Geographico نوا, et haec loci additur descriptio: بليدة من اعمال حوران وقيل قصبتها وهي منزل ايوب عليه السلام وبها قبر شام بن نوح, *Oppidum ex ditione Hawranensi, cujus metropolim illud esse affirmant. Haec sedes fuit Jobi, cui pax, ibique Semi Noachidae sepulcrum exstat.*

(610) De nocte Al Kadr, qua Coranus e coelo demissus est, vid. Cor. Sur. 97, ubi laudes illius leguntur. Cf. ibid. Marracc. coll. Gagn. ad Abulf. V. M. p. 15. Adde Herb. v. *Alcoran*, Mouradgea d'Ohsson *Tabl. de l'Empire Othom.* T. I. p. 260 sq., qui nostro consentiens, illam noctem vulgo haberi dicit Ramadhani vigesimam septimam. Al Khodaius tamen apud Gagnierium l. l. vigesimam quartam praefert, quae res effecit ut locum Zamakhscharii vulgarem sententiam tuentis, quem male verterat Maraccius, non melius intelligeret Gagnierius. Verba haec sunt: فاكثرهم علي انها في شهر رمضان في العشر الاواخر — واكثر القول انها السابعة منها, quae alter perperam de septima nocte mensis, alter retro numerando de vigesima quarta intellexit.

(611) De hoc obscurioris famae Doctore nihil reperio. Cognomen *Zerkeschi* Persicum est, et opificem designat vestes filis aureis intertextas conficientem. Vid. Herb. v. *Zerkesch.*

vero, inquit, eam ob caussam flebat, eosque fugiebat, et interim Corano legendo dabat operam. Unde ipsum diligere coepi. Pater ipsi tabernae curam imposuerat, neque vero emendo et vendendo a Corano avocari potuit. Ergo, (sic pergit Azzerkaschi) *hominem adii, qui ipsum Corani lectione instituebat, eique puerum commendavi. Spes est, inquam, fore hunc aequalium suorum eruditissimum et pietate clarissimum, magnumque ex eo mortales emolumentum esse percepturos. At ille me Astrologum esse jactabat. Ibi ego, Immo vero, inquam, Deus ipse haec me proloqui jussit. Quibus ad patrem relatis, is filium acriter incitavit, donec instante jam pubertatis tempore, Coranum absolvisset.* Hactenus exscripsimus Ibn As Sebekium; reliquis commentationem nostram onerandam non esse putavimus, quibus hoc unum agit auctor, ut ostendat, qua ratione Nawita in libro Raudha Rafiaeum excerpserit. Interim mirum est, hominem caeteroquin in sectae suae historia tradenda diligentissimum, neque libros a Nawita editos enumerasse, neque ullam de mortis illius tempore mentionem injecisse, quae in nota, a possessore Codici, de quo nunc agimus, praefixa, refertur ad A. 676 (Chr. 1277—8), consentientibus Hadji Khalifa (612), Dzahabio in *Compendio Historico*, MS. 1808 (428), et Ibn Habibo in *Historia Mamluchorum*, MS. 1807 (425), p. 64, e quibus duo posteriores eum quadraginta annis non multo majorem decessisse affirmant, et Nawae sepultum esse (613). In obitum viri meritissimi versus, qui sequuntur, haud inelegantes fece-

(612) In v. تهذيب الاسماء واللغات, ubi (quod obiter notandum,) refert, opus illud Abou Zacarjae, quod supra descripsimus, in alium ordinem redactum esse ab Acmaloddino Mohammede ibn Mahmoud Hanefita, defuncto A. 786 (Chr. 1384—5), et Mohyeddino Abdolkadero ibn Mohammed Al Koreischi Hanefita, mortuo A. 775 (Chr. 1373—4), porro commentario الفوايد السنية appellato illustratum ab Abdorrahmano ibn Mohammed Al Bastami, et in compendium contractum a Djelaloddino Abdorrahmano ibn Abou Becr Soyouthio.

(613) Consentit Herb. v. *Naouai*, tradens tumulum ejus apud Nawam religiosorum hominum visitationibus celebrari, quod per errorem dictum esse existimat Koehlerus, quia ibid. p. 747 de alio Abou Zacarja, apud Damascum humato, idem affirmatur. Sed Herbelotium diserte tuetur cum Dzahabii l. l. auctoritas, tum vero etiam Ibn Habibi, p. 474 duos versiculos afferentis, ab Ibn As Sebekio, Abou Zacarjae nostri sepulcrum visitaturo, confectos.

cerat Judex Nadjmoddin Aboul Abbas Ahmed ibn Mohammed cognomine Ibn Sasra (614), ab Ibn Habibo l. l. et p. 292 memoratos:

اعيني جدّا بالدموع الهوامل وجودا (وجادا l.) بها كالساريات الهواطل
علي الشيخ محيي الدين ذي الفضل والتقي ورب الهدي والهدي حاوي الفضايل
علي زاهد في طاعة الله جاهد علي عالم يبغي رضي الله عامل
لقد كان فردا في الزمان مكمّلا عديمَ نظير او شبيه مساجل
لقد كان ذا فضل وذبل وسودد سما عن مساو او عديل مماثل
لقد كان بالمعروف للناس آمرا وناهيهم عن منكرات وباطل
تنزه عن دنياه يرجوا الاهه فعوّضه عن عاجلات بآجل
فاسكنه الرحمن في دار خلده فبلغه منها اجلّ المنازل (615)

Oculi nonne valde laborant, lacrymis exundantibus, quas liberaliter largiuntur, nubibus similes, quae noctu obortae imbrem continentem effundunt!

Propter Doctorem Mohyeddinum, excellentem, piumque, bonae directionis ductusque auctorem, virtutibusque praeditum;

Propter virum religioni devotum, observantiaeque Numinis deditum; propter eruditum, favoris Divini cupidum, bonisque operibus studentem.

Fuit

(614) Ibn Sasra Schafeita Damasci, ubi natus erat, ultra viginti annos Judex fuit, ibique decessit A. 723 (Chr. 1323), ut praeter Ibn Habibum p. 292, Dzahabium, (qui eum annos 68 vixisse tradit,) et Aboul Mahasenum, affirmat etiam Abulf. A. M. T. V. p. 352, apud quem tamen perperam ابن صقري (quod Reisk. *filium falconarii* reddit,) legitur pro ابن صصري, ut reliqui omnes habent.

(615) In carminis exemplo, quod p. 64 legitur, nonnulla aliter scripta sunt. In vs. 2 male est ذو pro ذي. In vs. 4 pro extremis او شبيه مساجل invectum est او عديل مماثل ex vs. sq., qui totus omittitur; in vs. denique penultimo bene scribitur يرجو, sed male الهه. Versus autem Speciei primae rationes sequuntur.

Fuit aevi sui Phoenix et perfectissimus, privatus aemulo aequalique, quocum de gloria certaret,

Ornatusque virtute et praestantia et principatu, major, quam ut aequalem ferret, paremque similitudine:

Qui hominibus fas justumque praecepit, eosdemque a vetitis vanisque rebus abduxit:

Atque aversatus est terrestria Deum suum reveritus, qui propterea pro fluxis rebus perennem ipsi vitam concessit;

Collocavitque eum Miserator in domo aeternitatis, perduxitque ad sedem illius illustrissimam.

§. XI.

MS. 1348 (37) et 1349 (375) القاموس المحيط والقابوس الوسيط الجامع لما ذهب من اللغة شماطيط, *Oceanus ambiens et vir pulcer (?) eximius, colligens eam partem linguae, quae sparsim fuerat dissipata.* Sic plene scribitur titulus Lexici nobilissimi a Firouzabadio compositi, in Codicis 1348 (37) praefatione, quamvis sola verba القاموس المحيط, (quae eodem loco in Codice Palmiano etiam occurrunt, in MS. 1349 (375), vacuo spatio relicto, sunt omissa,) in textu leguntur, reliqua in margine. In epilogo tamen auctoris additur illud القابوس الوسيط, sive ut in MS. 1349 exstat البسيط, cujus tituli rationem non satis capio. Nam illud القابوس nec satis aptam significationem habet, et, ipso Firouzabadio Ibn Doreido aliisque fatentibus, Barbarum potius est quam Arabicum. Ad externum Codicum Leydensium habitum quod attinet, ambo sunt in Charta, ordinaria ut videtur, formae folii minoris exarati, amborum paginae ubique fere duplici linea rubra eleganter inclusae sunt. In reliquis multum differunt. Nam MS. 1348 probabiliter scriptus continet pp. 1199, alter pulcerrimis, sed minutis, oculumque paene fugientibus, literis exaratus, numerat tantum pp. 835. Prior titulo et ubique fere vocalibus destituitur. A pagina inde 70 alius incipit librarii manus, quae in fine versus subjecit, annum 1050 (Chr. 1640—1), quo Codex descriptus sit, prodentes. Codex autem 1349 nullam habet aetatis notam: maxima pars voluminis accuratissime vocalibus est instructa, titulusque aureo caeruleoque colore ornatus pri-

marum paginarum marginibus non sine eleganti artificio intextus est. In fronte Codicis varia soluta et ligata oratione a viris doctis Orientalibus adscripta sunt, quorum nonnisi pauca ad Firouzabadium pertinent. Legitur ibidem quoque nota Latina docens radices 9850 in Kamouso explicari. Alia docta manu, quae videtur esse Reiskii, multae passim emendationes libro adscriptae sunt. De eximiis autem Lexici nostri laudibus satius est nihil quam pauca dicere, praesertim cum, anno jam abhinc tertio, elegantissima eadem atque absolutissima illius editio in publicum prodierit Calcutae, duobus voll. in folio minori, cura Arabis doctissimi Scheikhi Ahmedis ibn Mohammed Ansaritae Yemanensis Schirwanii, eodemque fere tempore Scutarii lucem viderit Kamousi versio Turcica. Atque utinam ne magno utilissimorum operum pretio impediremur, quominus eorum praestantiam praesentes intueri et mirari possemus: nunc aliorum, censuram Arabicae editionis agentium, testimonio sapere cogimur. Hanc inter alios meritis laudibus ornavit Vir Illustr. de Sacy *Journal des Savans* Decemb. 1819. p. 726, ubi primus omnium recte disputat de ingenti Lexico 60 voluminum Al Lami (اللامع) appellato, et ex duobus antiquioribus Al Mohkemo et Al Obabo composito, quod alii ab ipso Firouzabadio scriptum, deinde sub Kamousi nomine in compendium redactum existimant; alii vero Al Lamium, quod secutus sit noster, jam ante ejus aetatem exstitisse perhibent; in quibus de Rossi *Dizionario Storico degli autori Arabi* v. *Firuzabadi* asserere haud dubitavit, hoc ab ipso in Kamousi praefatione proditum, auctorisque Al Lamii negligentiam reprehensam esse. Verum enimvero se manum Al Lamio componendo admovisse diserte testatur Firouzabadius, quod opus nonnisi 60 voluminum spatio absolvi posse conjecerit; postea se nonnullorum cessisse voluntati, ut, hoc misso consilio, prius breviori Lexico conflando incumberet, rogantium. Deinde transit ad carpendum Djeuharium (616) quippe qui vix dimidiam Linguae partem noverit, sibi autem hoc imprimis cordi fuisse affirmat, ut radices litera Waw et Ye quiescentes a se invicem distingue-

---

(616) Herb. v. *Camus*, ubi Djeuharium a Firouzabadio in sua praefatione reprehensum esse dicit, in duplicem errorem incidit, affirmans, As Sihaho Al Lamium antiquius esse, et teste Firouzabadio, Djeuharium confudisse radices quiescentes Waw et Ye cum illis, quae literam He radicalem habent.

gueret, deinde ut brevitati studeret. Hinc, ubicumque nomen actionis formae فِعْلَة a verbis media Waw quiescentibus derivatum, imperfectam formam haberet, illud a se omissum esse; iis tantum memoratis, quae perfecte scribuntur, ut خِوْلَة. Pari se silentio pressisse futura Dhammata, et Kesrata sine addita vocali scripsisse; denique ob frequentissimum usum, voces موضع, بلد, قرية, جمع, معروف expressisse per literas م ج ة د ع. Cf. Sacy G. A. T. I. §. 148. Reliquae praefationis magna pars consumitur in laudibus Principis Yemanensis Ismaëlis ibn Abbas, cui opus suum dedicaverat. In fine tandem prooemii (si locum bene capio,) liber ex bis mille auctoribus excerptus esse dicitur. De eximio autem tanti operis auctore Madjdoddino Mohammede ibn Yakoub ibn Mohammed dixerunt multi, sed breviter. Inspice de Rossium in *Dizionario* l. l. Pocock. *Spec. Hist. Ar.* p. 346 sq. *edit. nov.* Herb. v. *Camus*, *Firuzabadi*, *Lami* etc., et imprimis Virum Celeb. de Sacy in *Biogr. Univers.* T. XIV. p. 568, alios. Amplior vero vitae scriptorumque viri notitia hac occasione proferenda est ex Cod. 1876 (518), qui compendium continet *Historiae Virorum Illustrium Seculi post Mohammedem noni*, ab Abdorrahmano As Sekhawio conscriptae, et in MS. 1871 (369) ex parte tantum servatae. Auctor epitomes est Ahmed ibn Mohammed, cujus haec de Firouzabadio verba sunt: محمد بن يعقوب بن محمد بن ابراهيم المجد ابو الطاهر الشيرازي اللغوي الشافعي صاحب القاموس في اللغة ولد في ربيع الاخر وقيل في جمادي الاخرة سنة تسع وعشرين وسبعماية بكارزون من اعمال شيراز ونشا بها فحفظ القران وانتقل الي شيراز واخذ الادب واللغة عن والده ثم عن قوام الدين عبد الله بن محمود وغيرهما من علماء شيراز ثم دخل بغداد فاخذ بها عن التاج محمد بن السنان وقرا عليه المشارق للصغاني ثم ارتحل الي دمشق فاخذ بها عن اكثر من ماية شيخ منهم التقي السبكي ودخل به القدس فقطن به (l. بها) نحو عشر سنين وولي به (l. بها) تداريس وتصادير وظهرت فضايله

فضايله وكثر الاخذون عنه وكان ممن اخذ عنه الصلاح الصفدي واوسع
في الثناء عليه ثم دخل القاهرة وكان ممن لقيه بها الجمال الاسنوي
والبهاء بن عقيل وابن هشام والعز بن جماعة وابن نباتة وغيرهم وجال
في البلاد الشمالية والمشرقية ودخل الروم والهند ولقي جمعا من الفضلاء
وحمل عنهم شيا كثيرا وسمع الكثير من مشايخ العراق والشام ومصر
وغيرها ومن مروياته الكتب الستة وسنن البيهقي ومسند الامام احمد
بن حنبل في ثلاثة ايام تجاه بغل (؟) النبي صلعم وذكرت مجاورته
بمكة وابتني بها دارا علي الصفا عملها مدرسة للاشرف صاحب
اليمن وقرر بها مدرسين وطلبة وفعل بالمدينة كذلك وله بمني وغيرها
دور وجال في البلاد ولقي بها الملوك والاكابر ونال وجاهة ورفعة واجتمع
بتمرلنك في شيراز وعظمه (فعظمه .l) واكرمه ووصله بنحو ماية الف
درهم وارتحل الي مكة ثم الي اليمن ودخل زبيد فتلقاه سلطانها
الاشرف اسماعيل بالقبول وبالغ في اكرامه وصرف له الف دينار سوي
الالف التي امر بها ناظر عدن بتجهيزه بها واستمرّ مقيما في كنفه
علي نشر العلم فكثر الانتفاع به واضاف اليه قضاء اليمن كله
(كلها .l) بعد ابن العجيل واستمر في وظيفته الي حين وفاته وهي
مدة تزيد علي عشرين سنة وكان الاشرف قد تزوج ابنته لمزيد جمالها
ونال منه برا ورفعة بحيث انه صنف له كتابا واهداه له علي اطباق
فملاها له دراهم وفي اثناء هذه المدة قدم مكة مرارا فجاور بها
وبالمدينة النبوية والطايف وعمل فيها ماثر حسنة لو تمت ولم يكن
قط دخل بلدا الا واكرمه متولها مع المبالغة مثل شاه منصور شجاع
صاحب

صاحب تبريز والاشرف صاحب مصر والاشرف صاحب اليمن وابن عثمان ملك الروم واحمد بن اويس صاحب بغداد وتمرلنك الطاغية وغيرهم واقتني من ذلك كتبا نفيسة حتي نقل الخياط انه سمع الناصر بن احمد بن اسماعيل يقول انه سمعه يقول اشريت كتبا بخمسين الف مثقال ذهب وكان لا يسافر الا وصحبته منها عدة احمال ومن وسع دنياه كان يدفعها الي من يمدحها بالاسراف في صرفها وصنف الكثير فمنه في التفسير بصاير ذي التمييز في لطايف الكتاب العزيز مجلدان وتنوير القباس في تفسير بن عباس اربع مجلدات وتيسير فاتحة الاياب في تفسير فاتحة الكتاب مجلد كبير والدر النظيم المرشد الي مقاصد القران العظيم وحاصل كورة الخلاص في فضايل سورة الاخلاص وشرح قطبة الخشاف في شرح خطبة الكشاف ومنه في الحديث شوارق الاسرار العلية في شرح مشارق الانوار النبوية اربع مجلدات ومنح الباري بالسيح الفسيح الجاري في شرح صحيح البخاري مكمل منه ربع العبارات في عشر مجلدات وتخمين تمامه في اربعين مجلدا وعمدة الحكام في شرح عمدة الاحكام مجلدان والنفحة العنبرية في مولد خير البرية والصلات والبشر في الصلاة علي خير البشر ومحاسن اللطايف في احاسن الطايف ومنية الشول في دعوات الرسول ومنه في التاريخ نزهة الاذهان في تاريخ اصبهان في مجلد وتعيين الغرفات للمعين علي العين العرفات وفي اللغة اللامع المعلم العجاب الجامع بين المحكم والعباب وزيادات امتلا بها الوطاب واعتناي منها الخطاب ففاق كل مولف هذا الكتاب بقدر تمامه في

مايئة

مائة مجلد كل مجلد يقرب من صحاح الجوهري في المقدار اكمل منه خمس مجلدات .... الله بخطه والقاموس المحيط والقابوس الوسيط الجامع لما ذهب من لغة العرب شماطيط في جزءين ضخمين وهو عديم النظير قال التقي الكرماني امره والدي باختصاره وخصره في مجلد ضخم وفيه فوايد عظيمة وفرايد كريمة واعتراضات علي الجوهري وكان كثير الاعتناء بتصانيف الصغاني وقال التقي الفاسي له اليد الطولي في اللغة والف فيها تواليف كثيرة حسنة منها القاموس ولا نظير له في كتب اللغة لكثر ما حواه من الزيادات علي الكتب المعتمدة كالصحاح انتهي وقد ميز فيه صحا زياداته علي الصحاح وكانت فائدة في الكثرة بحيث لو افردت لجاءت قدر الصحاح او اكثر في عدد الكلمات فاما ما فيه عليه من اوهامه فشيء كثير اشار اليه في الهامش واعراه من الشواهد اختصارا وتعرض فيه لاكثر الفاظ الحديث والرواة ووقع له في ضبط (الضبط 1.) كثير من خطاء فانه كما قال التقي الفاسي في ذيل التقييد لم يكن بالماهر في الصنعة الحديثية وله فيما يكتبه من الاسانيد اوهام واما شرحه علي البخاري فقد ملاه من غرايب المنقولات سيما انه لما اشتهرت باليمن كلمات ابن عربي وغلبت علي علماء تلك البلاد صار يُدخل في شرحه من فتوحاته الهلكية ما كان سببا لشين الكتاب المذكور ولهذا قال شيخنا انه راي القطعة التي كملت منه في حياة المولف وقد اكلها الارضة بكمالها بحيث لا يقدر احد علي قراة شي منه قال ولم اكن اتهم بالمقالة المذكورة الا انه كان [ي]حب المداراة ولقد اظهر لي انكارها والفص

والقص منها انتهي وله ايضا في اللغة تحبير الموشين فيما يقال
بالسين والشين اخذ عنه البرهان الحلبي الحافظ ونقل عنه انه تتبع اوهام
بن (ابن .l) الفارس في المجمل في الف موضع مع تعظيمه لابن فارس
وثنايه عليه والمثلث الكبير في خمس مجلدات والصغير والروض المسلوف
فيما له اسمان الي الالوف والدرر المبثثة في الغرر المثلثة الي غير ذلك
من مولفاته التي تبلغ في القدر خمسين تقريبا في فنون ومنها تحفة
القماعيل فيمن يسمي من الملايكة والناس اسماعيل وتثقيف الاسل
في تفضيل العسل في كراريس ومراد المراد وزاد المعاد ولم يزل مقيما
بزبيد علي علو مكانته وسال سلطانها في العود الي مكة فما مكنه
معللا باحتياج بلاده اليه الي ان مات بها في ليلة عشري شوال سنة
سبع عشرة وثمانماية وقد ناهز التسعين وكان يرجو وفاته بمكة فما
قدر الله تعالي له ذلك رحمه الله تعالي وايانا ۞

Mohammed ibn Yâkoub ibn Mohammed ibn Ibrahim Madjdoddin (617) *Aboul Thaher Schirazius, Rhetor, Schafeita, auctor Kamousi sive Oceani Linguae, natus est mense Rabiâ posteriore, vel, ut alii ferunt, Djomadio altero Anni* 729 (Chr. 1328 — 9) *Carzouni, quod agri Schirazeni oppidum est, ubi postquam adolevisset, Coranumque edidicisset, Schirazum transiit. In literis deinde et Linguae scientia patrem magistrum habuit, et Kawamoddinum Abdollam ibn Mahmoud* (618), *aliosque ex eruditis Schirazenis. Tum Bagdadum profectus ibi audivit Tadjoddinum Mohammedem ibn As Senan,*

---

(617) *Arab.* المجد pro مجد الدين, quod compendii genus recentiore potissimum tempore frequentari coepit. Sic passim التقى, البرهان, الجمال, البها, in hac ipsa vita ponuntur pro Takioddino et Borhaneddino, Djemaloddino, Bohaeddino.

(618) Quando Kawamoddinus iste obierit, frustra quaesivi.

nan, quo duce legit librum As Saganii (619), *Al Mascharek* (sive Orientis loca) *inscriptum. Damasci, quo dein se contulerat, plusquam centum doctoribus operam dedit, in his Takioddino As Sebekio* (620), *quem Hierosolymas abeuntem comitatus est. Hic decennium integrum moratus, partim scholis regundis, partim epistolis publicis scribendis praefuit* (621); *magnaque virtutum illius apud omnes fama floruit. Crevit quoque insigniter discipulorum numerus, in quibus etiam numeratur is, qui postea magistrum summis laudibus cumulavit, Salahoddinus Safadius* (622). *Interjecto tempore Kahiram venit, ubi familiaritatem contraxit cum Djemaloddino Al Isnawio, Bohaeddi-*

(619) De doctore Firouzabadii Tadjoddino Mohammede ibn As Senan nihil reperio. As Sagani (الصغاني) vel As Saganani, quam duplicem scriptionem sequitur Herb., apud Hadji Khalifam effertur الصنغاني, et cognomen est duorum virorum, qui, cum ambo ejusdem fere tituli libros scripserint, facile inter se confundi possunt. Alter, auctor operis مشارق الانوار المضية inscripti, est Schehaboddin Aboul Abbas Ahmed ibn Abou Becr Al Khatib, et decessit teste Hadji Khalifa A. 923 (Chr. 1517—8), adeoque ad nostrum locum pertinere nequit: alter, qui reliquit مشارق الانوار النبوية وصحاح الاخبار المصطفوية, ab eodem Hadji Khalifa appellatur Radhieddin Hasan ibn Mohammed. Hunc perperam distinxit Herb. v. *Saganani* et *Sagani* ab Aboulfadhlo Hasano ibn Mohammed, alterum defunctum esse affirmans A. 950 (Chr. 1543—4), alterum A. 605 (Chr. 1208—9), quorum hoc verum esse potest, illud sine ulla dubitatione falsum est. Nam ut omittam ipsum Firouzabadium A. 817 (Chr. 1414—5) defunctum, in librum As Saganii commentarium edidisse, in Hadji Khalifae libro et infra quoque memoratum, titulo: شوارق الاسرار العالية في شرح الانوار النبوية; exstat etiam antiquior ejusdem operis interpres, Aboul Barakaat Abdorrahman ibn Mohammed, cogn. Ibn Az Zomroudi (ابن الزمردي), mortuus A. 776 (Chr. 1374—5).

(620) Takioddin As Sebekius est pater Abdolwahabi ibn As Sebeki, Sectae Schafeiticae historici, de quo supra diximus n. 605.

(621) Vide supra p. 39. n. 129, ubi صدّر *scribendi* significatione occurrit. Adde Abulf. A. M. T. II. p. 582, كان كاتب انشاء ببغداد لمعز الدولة ثم كتب لبختيار وكانت تصدر عنه مكاتبات الي عضد الدولة تولمه, *Fuerat ab actis publicis Moëz Ad Daulato, deinde idem munus gessit apud Bokhtiarum, ejusque nomine acerbae epistolae scriptae sunt ad Adhad Ad Daulatum.*

(622) Salahoddin Aboul Safa Khalil ibn Ibek Safadius, non minus muneribus, quae gessit, quam scriptis, inclaruit. Haec enumerat Herb. v. *Safadi*, illa Ibn Habibus in *Hist. Mamluch*, p. 504 et 532, docens eum Damasci aerarii curam gessisse; tum in hac urbe et Kahirae, ab actis publicis, et Halebi a secretis fuisse. Natus est A. 696 (Chr. 1296—7), et Ibn Habibo, Aboul Mahaseno et Hadji Khalifa, v. تنبيه علي التشبيه; consentientibus, decessit A. 764 (Chr. 1362—3).

dino ibn Okail, Ibn Heschamo, Azzeddino ibn Djemaâh, Ibn Nebata aliisque (623). *Circuivit autem per regiones septentrionales orientalesque, et tam Asiam Minorem, quam Indiam adiit, multosque* (per itinera) *viros doctrina excellentes obviam habuit, a quibus plurimum emolumenti percepit. Imprimis tamen doctoribus Iracae, Syriae, Aegypti aliarumque regionum operam dederat. — Inter traditionum libros, de quibus commentatus est, sunt illi qui Hexabibli nomine vulgo feruntur, Sonna Baihakii et Mesnad Ahmedis ibn Hanbal* (624). . . . . *Meccae saepius religionis caussa agere solebat, ibique domum sibi aedificari curavit, in monte Safa, gymnasio in gratiam Al Aschrafi Regis Temanensis exstruendo destinatam: Professores item discipulosque ibidem constituit. Eadem quoque Medinae ab eo perfecta sunt. Praeterea Minae domum habebat aliisque in locis. Ipse vero regionibus peragrandis deditus, reges principesque adibat, qua re insignem sibi dignitatem auctoritatemque conciliavit. Tamerlanum Schirazi convenit, qui ipsum magna honoris et venerationis significatione pro-*

---

(623) Qui hic primus laudatur Djemaloddinus Al Isnawi, haud diversus videtur a Djemaloddino Abou Mohammede Abd Ar Rahim ibn Hasan Ommaiada, Schafeiticae Sectae Doctore, qui ab Esna, Aegypti superioris oppido, اسنائي dictus est, decessitque Kahirae A. 772 (Chr. 1370—1) aetatis 67. Cf. Ibn Habib. p. 579 sq. Fieri tamen potest, ut alius hic significetur Djemaloddinus, ex eadem urbe Esna oriundus, Al Khatib Abou Abdolla Mohammed Schafeita, defunctus Kahirae A. 784 (Chr. 1382—3), nonagenario paullo minor. Vid. idem Ibn Habibus p. 640. — Bohaeddin ibn Okail pp. vocatus est Abou Mohammed Abdolla ibn Abdorrahman. Schafeita Aegyptius fuit et decessit Kahirae A. 769 (Chr. 1367—8) aetatis 70. Summus totius Aegypti Judex factus est A. 759 (Chr. 1357—8), et varia scripsit ad Corani interpretationem, Jurisprudentiam et Grammaticam pertinentia. Cf. Ibn Habib p. 494 et 563. — Ibn Hescham Schafeitae et Grammatici Mohibboddini Abou Abdollae Mohammedis ibn Abdolla cognomen fuit. Decessit quinquaginta annis major Kahirae A. 799 (Chr. 1396—7). Ibn Habib p. 709. — Azzeddini ibn Djemaâh Judicis summi Aegyptii Schafeitae reliqua nomina fuerunt Abou Omar Abd Al Aziz ibn Bedroddin Abou Abdolla Mohammed. Obiit Meccae A. 767 (Chr. 1365—6) aetatis 74. Ibn Habib p. 549 sq. — Ibn Nebata cognomen est Djemaloddini Abou Becri Mohammedis ibn Mohammed Aegyptii, Poësi aliisque artibus clari, et A. 768 (Chr. 1366—7) aetatis 82 Kahirae defuncti. Cf. Ibn Habib p. 554 sqq.

(624) Mesnad Hanbalitae est inter celebriores traditionis libros, qui teste Hadji Khalifa multa volumina et 30000 traditionum continet.

prosecutus est, centumque nummorum millibus donavit (625). *Mox Meccam rediit, unde in Yemanam profectus, Zebidum* (626) *venit, et ab ejus Sultano Al Aschrafo Ismaële* (627) *peramanter exceptus et eximiis honoribus affectus est, qui ipsi mille aureos do-*

---

(625) Tamerlanum Schirazi convenisse videtur Firouzabadius A. 789 (Chr. 1387—8) vel 790 ineunte, aut, si mavis, A. 795 (Chr. 1392—3), quo tempore, provincia Perside in potestatem redacta, ea in urbe egit Imperator. Cf. *Histoire de Timur Bec.* etc. T. I. Livr. II. Chap. LXI. T. II. Livr. III. Chap. XXV et XXVII, coll. Arabsiade *Vita Tim.* T. I. C. XXIX. et Herb. v. *Timur* p. 879, b.

(626) Oppidum Zebid, quod quondam Arabiae felicis caput fuit, aliquot milliariis distat a Mocha, non Mecca, uti ridiculo errore legitur in *Dizionario Storico* De Rossii v. *Firouzabadi*. Cf. Niebühr *Beschr. von Arabiën* p. 225, et *Reisebeschr.* T. I. p. 327—330, Herb. v. *Zebid*, Rommel *Abulfedaea Arabiae descriptio Comment. illustr.* p. 24 sq. Lexici Geographici de Zebido verba haec sunt: زبيد — واد به مدينة يقال لها الحضيب وهي التي تسمى اليوم بزبيد وهي مشهورة باليمن محدثة في ايام المامون وبازايها ساحل علابقة وساحل المندب. *Zebid vallis est, in qua urbs jacet, quae Al Hadhib appellatur, hodieque vero vocatur Zebid, et inter illustrissimas Yemanae urbes censetur. Recens condita est Al Mamouni tempore. E regione ipsi respondet tractus litoralis Alabakae et Al Mandebi.* De conditae urbis tempore consentit Lexico Geographico *Chronicon Yemanense*, auctore Alio Ibn Al Hasan Khazredjita MS. 1865 (302) p. 26, ubi pomoeria Zebidi descripta esse dicuntur (اختط), die quarto Schâbani A. 204 (Chr. 819—20).

(627) Al Malec Al Aschraf Aboul Abbas Ismail ibn Abbas ibn Ali ibn Daoud ibn Yousef ibn Omar ibn Ali ibn Rasoul Yemanae Sultanus, ab A. 778 (Chr. 1376—7) ad A. 803 (Chr. 1400—1) imperium tenuit. Vitam ejus fuse descripsit auctor *Chronici Yemanensis*, paullo ante laudati, quod in morte illius desinit. Auctor gentis Ali ibn Rasoul ab ultimo Ayoubidarum Yemanensium Al Maleco Al Masoudo Yousefo Arabiae felicis prorex constitutus, eo A. 626 (Chr. 1228—9) defuncto, potestatem arripuit, eamque, post quatuor annos, reliquit filio Omaro regis Al Aschrafi atavo, qui omne Ayoubidis obsequium negans Al Maleci Al Mansouri titulum sibi arrogavit. Cf. Abulf. A. M. T. IV. p. 352, 394, 526, apud quem reliqui hujus dynastiae principes recensentur usque ad Al Malecum Adh Dhaherum, A. 724 (Chr. 1324) ad imperium evectum, T. IV. p. 526. T. V. p. 126, 250, 348, 356. Hic regno exutus est (teste *Chronico Yemanensi*) A. 733 (Chr. 1332—3) ab Al Maleco Al Modjahedo Alio, quem antea imperio ejecerat, et proximo anno decessit. Al Malec Al Modjahed ad A. 764 (Chr. 1362—3) regnavit, potestatem relinquens filio Al Maleco Al Afdhalo Abbaso, patri illius Al Maleci Al Aschrafi, quo regnante Firouzabadius in Arabiam felicem venit. Huic filius successit Al Malec An Naser Ahmed, rexitque Yemanam ab A. 803 (Chr. 1400—1) ad A. 827 (Chr. 1423—4). Reliquorum hujus Dynastiae Principum nomina, quorum in editis libris, quod sciam, nulla, in MSS. autem nostris non satis accura-

dono misit, praeter alios totidem, quos Adeni procuratorem ipsi in sumtus itineris erogare jusserat. Hujus igitur in clientela perpetuo mansit, insigni gaudens eruditionis celebritate, magnoque huic Principi emolumento fuit. Universae quippe Yemanae ab eo Judicis nomine et auctoritate praefectus est, quod munus post Ibn Adjilum (628) *ad mortem usque ultra viginti annos* (629) *tenuit. Al Aschrafus filiam ejus, eximi-*

rata mentio est, hic cum eruditis communicabo, ex Chronico Turcico MS. Monadjdjem Baschii in meam gratiam excerpta, a Codicis possessore Viro Illustr. C. D'Ohsson, August. Regis Suecici apud Belgas legato. Al Maleco An Nasero Ahmedi igitur successit filius Al Malec Al Mansour Abdolla, mortuus A. 830 (Chr. 1426—7). Hunc frater excepit Al Malec Al Aschraf Ismail, sed anno sequente regno exutus cessit patruo Al Maleco Adh Dhahero Yahyae (Aboul Mahassen eum vocat Abdollam) ibn Al Aschraf, mortuo A. 842 (Chr. 1438—9); qui successorem habuit filium Al Malecum Al Aschrafum Ismailem, post triennium tyrannidis caussa interfectum. Hoc mortuo ingentes turbae regnum Yemanicum quassarunt. Nam quatuordecim annorum spatio octo Principes fuerunt. Al Malec Adh Dhâher Yahya (?) praecedentis patruus, hujusque filius Al Malec Al Aschraf Ismail (?), et ex fratre nepos Al Malec Al Modhaffer Yousouf, quem Zorbaei (زروبة ?) cedere coëgerunt Al Maleco Al Mofadhdhelo Mohammedi ibn Ismail. Huic denique successerunt Al Malec An Naser Ahmed ibn Yahya, Al Malec Al Masoud Salahoddin ibn Al Aschraf, Al Malec Al Mowayyed Hosein et Al Malec Al Mofadhdhel, qui hujus Dynastiae, A. 859 (Chr. 1454—5) potestate privatae, ultimus fuit. Post haec regnum Yemanae tenuerunt Banou Dhaher, idque ad A. 945 (Chr. 1538—9) servarunt. Ex illis autem, quae h. l. a nobis prolata sunt, corrigendus est et supplendus De Guignes *Hist. des Huns* T. IV. p. 343 sq., ubi Regum illius Dynastiae tabellam, usque ad Al Malecum An Naserum Ahmedem ibn Aschraf, multis illam vitiis inquinatam, edidit.

(628) Zakioddin Abou Becr ibn Yahya ibn Abou Becr ibn Ahmed ibn Mousa ibn Adjil decessit in urbe Taäz (تعز), postquam per triennium mensesque quatuor summus Judex Regni Yemanici fuerat, A. 795 (Chr. 1392—3) exeunte, teste *Chronico Yemanensi* p. 363. Cum vero in eodem libro p. 261 urbs recentior, sed commerciis suis haud ignobilis, Beit Al Fakih, appelletur بيت الفقيه ابن عجيل, et Niebühr *Beschreib. von Arab.* p. 226, et *Reisebeschr.* T. I. p. 319, illam a sancto quodam viro Ahmede ibn Mousa nomen traxisse referat, nostrum hujus hominis pronepotem fuisse apparet; unde de tempore aedificatae urbis aliqua aestimatio fieri poterit.

(629) Firouzabadius ad Al Malecum Al Aschrafum accesserat die 24 Ramadhani A. 796 (Chr. 1393—4), et ab eo 4000 nummorum acceperat, praeter alios totidem in sumtus itineris ex reditibus Adeni ipsi tributos. Deinde A. 797 (Chr. 1394—5) die septimo Dzoul Hadjae summus Judex factus est, quo in munere non, ut noster ait, ultra viginti annos, sed novemdecim annos et aliquot menses exegit. Mortuus enim est mense Schawali A. 817 (Chr. 1414—5). Cf. *Chron. Yeman.* p. 367, 370.

miae pulcritudinis caussa, uxorem duxerat, eumque tanta observantia atque pietate colebat, ut cum librum in Regis gratiam illud flagitantis composuisset (Firouzabadius), *et lancibus impositum ipsi dono misisset, has lances nummis impletas remitteret* (630). *Hoc* (viginti annorum) *spatio saepius Meccam adiit, ibique religionis caussa haesit, nec non Medinae Prophetae et Tayefi, quibus in locis sui monumenta sane quam egregia condidit, modo perfecta essent. Caeterum in nullam umquam regionem pervenit, quin a viris principibus summis honoribus afficeretur, in his a Schah Mansouro Schadja', Taurizi domino* (631), *Aschrafis duobus, altero Aegypti* (632), *altero Arabiae felicis Rege; Ibn Otsmano Graeciae, et Ahmede ibn Awis Bagdadi Principe* (633), *et Tamerlano Ty-*

(630) *Chron. Teman.* ad A. 800. p. 378: وفي سابع عشر شعبان افرغ القاضي مجد الدين كتابه المسمي بالاصعاد وحمل الي باب السلطان مزفوفا بالطبول والمغاني وحضر ساير الفقهاء والقضاة والطلبة وساروا امام الكتاب الي باب السلطان وهو ثلثة اجزاء مجلدة يحمله ثلاثة من الطلبة علي روسهم وعلي البغال فلما وصل الكتاب الي باب السلطان وتصفح اجاز مصنفه المذكور بثلاثة الاف دينار, *Die 17 Schâbani absolvit Judex Madjdoddinus librum suum Ascensio appellatum, qui ad Palatium Regium delatus est, comitantibus tympanis instrumentisque musicis. Aderant praeterea omnes Jurisconsulti Judicesque et studiosi et coram libro procedebant ad sedem Sultanicam. Opus in tres tomos divisum totidem studiosi mulis insidentes ferebant, capitibus suis impositum: cumque liber ad domum Regiam pervenisset, illumque Princeps inspexisset, auctorem tribus aureorum millibus remuneratus est.* Liber Firouzabadii, de quo hic sermo est, teste Hadji Khalifa plene appellatur اسعاد بالاصعاد الي درجة الاجتهاد, i. e. *Ascensionis ad gradum cultus Summi Numinis adjumentum.*

(631) Schah Mansour Schadja' ultimus dynastiae Modhafferorum in Perside Princeps fuit, occisus a Timuro A. 795. Taurizi vero dominus non fuit, at Schirazi, qui error fortasse non auctori, sed librario debetur. Vid. Herb. v. *Modhaffer*, *Mansor.* — *Hist. de Timurbec* T. I. Liv. II. Chap. LXI. T. II. Liv. III. Chap. XXIII sqq. Arabsiad. *Vit. Tim.* T. I. C. XX et XXVI—XXVIII.

(632) Firouzabadii aetate duo Sultani, Al Malec Al Aschraf cognominati, Aegypto praefuerunt, quorum alter Alaeddin Codjouk, ob puerilem aetatem et breve imperium, tum quia eo regnante annum decimum tertium vix attigerat noster, hic in censum venire non potest. Nam A. 742 (Chr. 1342—3) puer septennis ad quinque menses Sultani nomine gavisus est. Alter fuit Al Malec Al Aschraf Schâban ibn Hosein, qui ab A. 764 (Chr. 1362—3) ad A. 778 (Chr. 1376—7) imperavit. Cf. Ibn Habib. p. 399, 528, 610, *Supplem. ad Hist. Dynast.* p. 14, 17, De Guignes *Hist. des Huns* T. I. P. I. p. 266 sq. T. IV. Liv. XXI. p. 212—215 et 232—242.

(633) Herb. v. *Camus* aliique testantur Firouzabadium apud Bajazethum, sive Abou Yezidum, pri-

Tyranno aliisque. Ex his (quae a regibus acceperat,) *sibi libros comparavit pretiosissimos, ita ut referat Al Hiadhus, se audivisse ab An Nasero ibn Ahmed ibn Ismail, ipso teste Firouzabadio, quinquaginta millia unciarum auri ab eo insumta esse in libros, quorum tantum numerum in itineribus secum ferre solebat, ut complura jumentorum onera implerent. Qui autem nimia prodigentia opes suas dilapidassent, hos amplissimis suis facultatibus liberalissime sublevabat. — Multa scripsit. In his ad Corani interpretationem spectant sequentia: Curae distinguentis in Libri Augusti elegantias, duobus voluminibus: Elucidatio ratiocinii ad commentarium Ibn Abbasi* (634), *quatuor voluminibus: Facilis explanatio initii conversionis ad interpretationem primi Capitis Coranici, magno volumine: Gemma conserta dirigens ad proposita Corani Magni: Proventus agri electi de excellentiis Suratae Al Iklas* (i. e. sincera submissio) *inscriptae: Declaratio scopi penetrantium in interpreta-*

---

primum in honore fuisse; quod si verum sit, nostrum inter A. 791 (Chr. 1389), quo Bajazethus imperium adiit, et A. 796 (cf. supra n. 629), in Asiam Minorem venisse necesse est. Vero tamen similius esse judico, eum interea loci egisse apud Tamerlanum, Schah Mansourum et Ahmedem ibn Awis, ad A. 795 (Chr. 1392—3), quo Mansourus periit, Ahmed Bagdado exactus est; deinceps Meccam venisse, unde ad Aschrafum accesserit. Praeterea, licet Bajazethus ab Otsmane gentis suae conditore apte vocari possit ابن عثمان, vix tamen puto auctorem, si istum designare voluisset, hanc vagam appellationem, nullo addito nomine proprio, usurpaturum fuisse. Significavit igitur procul dubio verum Otsmanis filium Orkhanum, quem facile convenire potuit Firouzabadius, Anno demum 761 (Chr. 1359—60) defunctum. Cf. Herb. v. *Orkhan*, Pocock. *Supplem. Hist. Dynast.* p. 43, De Guignes *Hist. des Huns* T. I. P. I. p. 271 etc. — Ahmed ibn Awis Taurizi et Bagdadi princeps, Sultanorum Ilkhanensium ultimus, Hoseino Djelaleddino fratre victo et occiso, regnavit ab A. 783 (Chr. 1381—2), dein, varia usus fortuna, interfectus est a Kara Yousefo Turcomanno. Cf. De Guignes *Hist. des Huns* T. III. Liv. XVII. p. 289—300. Herb. v. *Avis.* — *Hist. de Timurbec*, T. II. Liv. III. Chap. XXX, Ibn Arabschah *Vit. Tim.* T. I. C. XXXV, XXXVIII, et imprimis XL, ubi de genere et indole viri fusius agitur. Adde Ibn Habib. p. 658, 660, 699.

(634) Abdalla ibn Abbas, consobrinus Mohammedis, mortuus A. 68 (Chr. 687—8) aetatis 72, ipse quidem nihil scripserat: at optimam Corani interpretandi viam ad posteros propagavit, habitusque est eo in doctrinae genere princeps; quam ipsi praestantiam propheta erat apprecatus, ut Hadji Khalifa testatur, cujus in v. علم التفسير haec inter alia de Ibn Abbaso verba sunt: فهو ترجمان القران وحبر الامة ورييس المفسرين دعا له النبي صلعم فقال اللهم فقهه في الدين وعلمه التاويل. — Ibn Abbasi vitam habet Ibn Khal. n. 337. sed in solo Cod. Willm.

tationem praefationis Al Keschafi (635). *Ad traditionem opera quae sequuntur, pertinent: Soles Orientes arcanorum excelsorum ortus luminum Propheticorum explicantes, quatuor voluminibus: Donum Creatoris per Doctorem disertum, agens de interpretando libro As Sahiho Bokharii:* (*quorum scholiorum* (636) *quarta tantum pars decem tomis perfecta est; nam universum opus ad quadraginta volumina fore aestimaverat:*) *Fides judicum in interpretandis juris fundamentis, duobus voluminibus: Munus Ambari* (sive odoriferum) *de nativitate Optimi creaturarum* (i. e. Mohammedis): *Munera nuntiusque laetus de bene precandi formula erga* (prophetam) *hominum perfectissimum adhibenda; Decor elegantiarum in rebus optimis Tayefi* (637): *Votum prompti in benedictionibus Prophetae faciendis. Opera illius, quae historiam illustrant, haec sunt: Oblectamentum ingeniorum in historia Ispahani, uno volumine: Distinctio haustuum* (638) *Arafati fontem attingere cupienti. Grammatici argumenti libri hi sunt: Splendor* (Al Lami') *docens mira et Lexica Al Mohkam et Al Obab inter se conjungens, et additamenta, quibus uter impleri, et sermo exaltari possit. Hoc autem opus, si absolutum esset, omnes libros mole sua superasset, quippe centum volumina impleturum, quorum singula Lexicon Djeuharianum fere magnitudine aequaret. Ex his quinque tantum tomos perfecit* (639): . . . . . *Porro Oceanus* (sive Kamous) *cingens, et vir pul-*

---

(635) Sura الاخلاص est centesima duodecima. — Al Keschaf est commentarius notissimus Zamakhscharii, de quo egimus n. 475, et imprimis n. 491, ubi de praefatione libri sermo est.

(636) Hadji Khalifa perperam ait eum 20 volumina hujus commentarii absolvisse. Observanda vero est vox عبرات, quae hic uti apud Abulfar. H. D. p. 237. de *explicatione generatim sumta* usurpatur. Golius tantum *somnii interpretationem* ea significari notavit.

(637) De Tayefi, cujus solum ob aquarum copiam fertilissimum est, deliciis scribere potuisse Firouzabadium sentio; at ejusmodi librum ad traditionis scientiam pertinere potuisse non intelligo. Nomen libri Hadji Khalifa ignorat.

(638) Hadji Khalifa تعيين عرفات. Posterius sensu caret. Prius nostrae lectioni praestat.

(639) In praecedentibus nonnulla verbatim desumta sunt ex praefatione Kamousi. Hic autem extremam partem sententiae, omnino corruptam, omisi. Porro totum illud Lexicorum Al Lami' et Kamousi negotium magna obscuritate et difficultate premitur. Nam quod ad prius illud et majus attinet, auctor in praefatione Kamousi ad 60 volumina fore dicit, si perficere liceret. Idem tamen apud Hadji Khalifam v. القاموس, de 65 voluminibus loquitur, noster de centum, ex quibus quinque tantum perfecerit. Denique Hadji Khalifa, qui librum vocat لامع العلم العجاب في المحاكمة بين

pulcer, (?) eximius, colligens eam partem linguae Arabicae, quae sparsim fuerat dissipata, duobus spissis voluminibus; cui operi nullum aliud par est. Ait Takioddinus Kermanensis (640) patri suo flagitanti, ut illud in unum magnum volumen contraheret, ces-

بين الروضة واللباب وزيادات امتلا بها الرضاب, dicit illud octo magnis voluminibus contineri, quae ex centum aliis excerpta sint. Neque vero Kamousi historia literaria satis manifesta et expedita est. Quippe paullo infra tradi videtur, Kamousi olim duo spissa volumina fuisse, haec deinceps in unum esse contracta. Apud Hadji Khalifam v. لامع diserte affirmatur unum Kamousi volumen ex octo majoris illius Lexici tomis factum esse; et apud eundem v. قاموس ipsa Firouzabadii verba legimus, affirmantis, se Kamousum majoris illius Lexici compendium in duas partes redegisse uno tomo comprehensas. Jam vero haec desumta sunt ex praefatione Kamousi, quae, ab Hadji Khalifa excerpta, magnam partem aut non legitur, aut aliter legitur, in prooemio eorum, quae ego vidi, exemplarium, unum tantum volumen continentium. His si addas quod infra narratur, ipsiusque auctoris testimonio apud Hadji Khalifam confirmatur, supplementa ad Lexicon Djeuharianum, in Kamouso edita, si a reliquis separata essent, illius operis molem longe superatura; cum tamen Kamousus universus, in illis, quae novimus, exemplis, ad Sihahi Djeuhariani magnitudinem non accedat; haec igitur, inquam, si consideres, in eam suspicionem incidas necesse est, revera duplicem Kamousi editionem fuisse, quarum altera tantum eaque minor in nostris MSS. conservata sit. Prima fronte, fateor, huic opinioni obstare videtur, quod in vulgaris etiam editionis prooemio duos tomos ex sexaginta a se factos esse auctor profitetur. Verum in minore eandem atque in majore compendio divisionem servare potuit Firouzabadius. De doctissimi viri supplementis ad Djeuharium, quorum paullo ante mentionem fecimus, illud animadversione dignum observat Hadji Khalifa, auctorem ea, antequam ipse in lucem emitteret, discipulis dictasse, unde magna celebritas operis, exemplariumque et multitudo et varietas exstiterit. Hinc in autographo, postea edito, quod in collegio Basitico (الباسطية) Kahirae servetur, multa additamenta reperiri in aliis Codd. omissa.

(640) Takioddini Kermanensis verum nomen erat Yahya. Hic Sahihum Bokharii octo voluminum commentario illustravit, ex aliorum Doctorum lucubrationibus conflato, in his patris Schemsoddini Mohammedis ibn Yousef Bagdadensis. Auctor est Hadji Khalifa, qui, consentiente Aboul Mahaseno, patrem obiisse tradit A. 786 (Chr. 1384—5). Hujus igitur obtemperans monitis, si Kamousum contraxit noster, ex eo compositi illius libri tempus conjectura quodammodo assequi possumus. Cum enim opus dedicaverit Al Maleco Al Aschrafo, illud inter A. 778 et 786 accidisse verosimile est. Anno enim 778 (Chr. 1376—7) Al Aschraf ad imperium Yemanense capessendum accessit. Ex eadem quoque temporis nota discimus, quando Meccae (ubi domum habuit et Lyceum condidit,) egerit noster. Ea enim in urbe Kamousum a se perfectum esse ipse in praefatione apud Hadji Khalifam testatur. Hinc praeterea eum multo prius Al Aschrafo innotuisse apparet, quam ex reliquis ejus rebus colligas.

cessisse Firouzabadium, eique libro inesse utilitates magnas et commoda egregia, et objectiones adversus Djeuharium, magnoque studio trivisse auctorem libros As Saganii. Addit Takioddinus Fessanus (641), *magnam illum habuisse linguae peritiam, eamque multis eximiis operibus illustrasse, in his Kamouso, quod in libris Grammaticis nullum sibi parem habeat, ob insignia, quae complectitur, supplementa ad As Sihahum similesque libros, quorum magna habetur auctoritas* (642) *Diserte autem sua ad As Sihahum additamenta a reliquo opere distinxit, quae adeo numerosa sunt, ut, si separatim edita forent, facile vocabulorum multitudine vel aequarent As Sihahum, vel etiam superarent. Nec pauca sunt de quibus dubitet, lectoremque commonefaciat in notis marginalibus* (643). *Caeterum opus compendii gratia auctoritatibus* (scriptorum) *nudavit, et pleraque vocabula, quae in traditione illiusque auctoribus usurpantur, explicare aggressus est. In vocabulorum tamen recta scriptione crebro labitur. Teste Takioddino Fessano, in Appendice libri At Takyid appellati, fuit minime solers in arte traditionaria* (644), *et in illis, quae de traditionum testibus allegandis scripsit, falsas opiniones amplectitur. Quod vero illius ad Bokharium scholia attinet, haec rebus miris*

(641) Takioddini Fessani nomen est Mohammed ibn Ahmed. Meccanus fuit, licet majores ex Fessa oriundi essent, et natus A. 775 (Chr. 1373—4), decessit A. 832 (Chr. 1428—9). Duo praeclara opera de Meccae rebus reliquit: شفا الغرام باخبار البلد الحرام et العقد اليمين في تاريخ البلد الامين, prius duobus, posterius quatuor voluminibus. Liber التقييد, cui appendicem adjecerat, ut paullo post narratur, est Ibn Nokthae (cf. n. 588), et agit de traditionis auctoribus. Cf. Herb. v. *Fassi*, *Takieddin.*, *Tohfat al Keram*, Lemming *Dissert. de Ibn Abu Scherifo* p. III. Abdorrahman As Sekhawi MS. 1871. (369) T. II. p. 507 sqq.

(642) Sententia et h. l., et semel iterumque infra, clauditur verbo انتهى *perfectum*, *consummatum est*, quod vertendo non expressimus. Nihil enim amplius significat, quam absolutam esse sententiam. Frequens hic mos est in recentioribus libris, quem apud Macrizium imprimis centies me observasse memini.

(643) اشار اليها في الهامس. Locum obscurum ex conjectura vertimus. De vocabulo هامس infra plura dicemus n. 649.

(644) الصنعة الحديثية. Rarior loquendi forma, quae etiam ex h. l., sive potius ex ipso As Sekhawio, laudatur ab Hadji Khalifa vv. الجامع الصحيح et القاموس, et synonyma videtur notiori علم الحديث.

ris fama acceptis implevit. Imprimis vero cum sermones Ibn Arabii per Arabiam felicem percrebruissent, et magnam apud eruditos illarum regionum auctoritatem essent consecuti, ex turpissimis illius viri perditisque opinionibus nonnullas in suum Commentarium Bokharianum transtulit, quae isti quoque libro infamiae notam inusserunt (645).

Hinc

---

(645) In nota marginali, possessoris, ut videtur, manu adjecta, leguntur sequentia: قال ابن حجر في انباء الغمر وشرع في شرح يطول علي البخاري ملاه بغرايب المنقولات وذكر انه بلغ عشرين سفرا الا انه لما اشتهر باليمن مقالة ابن العربي ودعي اليها الشيخ اسمعيل الجبرتي وغلبت علي علماء تلك البلاد وصار الشيخ مجد الدين يدخل في شرح البخاري من كلام ابن العربي في الفتوحات ما كان سببا لشين الكتاب المزبور (?) ولم اكن اتّهم الشيخ بالمقالة المذكورة الا انه كان يحب المداراة وكان الناشري فاضل الفقهاء بزبيد يبالغ في الانكار علي اسماعيل وشرح ذلك يطول ولما اجتمعت الشيخ مجد الدين اظهر لي انكار مقالة ابن العربي وعصه (فصه .l) منها ورايته يصدق بوجود رتن الهندي وينكر رضاء الذهبي قوله في الميزان انه لا وجود له وقال لي الشيخ مجد الدين انه دخل قريته وراي ذريته وهم مطبقون علي تصديقه وقد اوضحت ذلك في ترجمة رتن من كتاب الاصابة انتهي وقال ايضا اجتمعت به في زبيد وفي واد (وادي .l) الحصيب وناولني جل القاموس واذن لي مع المناولة انه ارويه عنه وقرات عليه من حديثه عدة اجزاء وسمعت من المثل بالاولية نسماعه من السبكي وكتب لي تقريظا علي بعض الجرجاني. Magna pars eorum quae hic descripsimus legitur apud Hadji Khalifam, v. الجامع الصحيح. Rerum summa huc redit. Quae ex Takioddino Fessano traduntur de Commentario Bokharico Firouzabadii et Ibn Arabio vel Al Arabio, eadem fere hic reperias excerpta ex Ibn Hadjro in انباء الغمر من ابناء العمر, cujus viri, A. 852 (Chr. 1448—9) defuncti, verum nomen est Aboulfadhl Ahmed ibn Ali Askalonita. Cf. As Sekhawi MS. 1871 (369) T. I. p. 389 sqq., Hadji Khalifa v. انباء, Aboul Mahasen ad A. 852, qui eum A. 773 (Chr. 1371—2) Kahirae natum dicit, Herb. v. *Ascalan* et *Hadjar*. Porro noster Scholiastes ait Ibn Al Arabium apud Yemanenses commendatum fuisse prae caeteris ab Ismaële Djabaratensi, improbatum vero a Naschario Fakihorum Yemanensium praestantissimo. Quorum prior, Ismaël ibn Ibrahim ibn Abdolhamad Djabaratensis Haschemita, natus est A. 722 (Chr. 1322—3), et apud Sultanum Yemanensem magno in honore fuit; decessit autem A. 806 (Chr. 1403—4). Cf. As Sekhawi MS. 1871 (369) T. I. p. 674 sqq. Alter Nascharius hoc cognomen commune habet cum compluribus aliis Viris doctis Yemanensibus, in his Takioddino Hakrah (حخره) ibn Abdolla, qui A. 916 (Chr. 1510—1) librum de venatione scripsit Zebidi, hoc titulo: انتهاز الغرض في الصيد والقنص, ut testatur Hadji Khalifa v. انتهاز, unde corrigendus

est

Hinc est quod ait Doctor noster, se vidisse illam partem scholiorum, quae absoluta fuerat, vivente adhuc auctore, totam a vermibus corrosam, ita ut nemo quidquam ex illis amplius legere posset (646). *Ego vero* (sic pergit Takioddinus,) *ex illis, quae*

est Herbel. v. *Naschari*. Hic forte e posteris fuit illius, qui hic laudatur, quemque, non sine multo quaerendi labore, tandem aliquando deprehendimus fuisse Ahmedem ibn Abou Becr ibn Ali Zebidensem, natum A. 742 (Chr. 1341—2), mortuum A. 815 (Chr. 1412—3). Hic inter alios Firouzabadium doctorem habuit, deinde A. 786 (Chr. 1384—5) Zebidi et circumjacentium agrorum judex factus, A. 790 (Chr. 1388) munere amotus est, quod paullo post ipsi restitutum, iterum iterumque amisit. Multas cum Sufiorum secta gessit controversias, Ibn Al Arabii librum الفصوص aliosque magno studio et fide amplectentium, et peculiarem scriptionem edidit, qua perniciem doctrinae Ibn Al Arabii refelleret, teste As Sekhawio MS. 1871 (369) T. I. p. 560 sqq.; cujus e verbis primum hoc intelligimus, recte in textu legi Firouzabadium ab Ibn Al Arabio mutua sumsisse فتوحاته الملكية, cum in scholio reperiatur الفتوحات, in Hadji Khalifae loco من الفتوحات المكية. Tum praeterea discimus, quis hic Ibn Al Arabi fuerit. Nam prima fronte nemo dubitet, quin hic significetur Mohammed ibn Abdolla Hispalensis, mortuus A. 543 (Chr. 1148—9), secundum Hadji Khalifam A. 734 (Chr. 1333—4), quem, Termedii traditionum collectoris interpretem, apte in suis ad Bokharium scholiis sequi potuit Firouzabadius. Cf. supra n. 89 et 597. At mentio libri الفصوص nos admonet ut de Ibn Al Arabio (quem supra n. 89 secundo loco nominavimus,) cogitemus, Abou Becro scil. Mohammede ibn Ali Hispano. Hunc enim librum فصوص الحكم, de quo hic sermo est, scripsisse, auctor est Herbel. v. *Fossous*, tacite secutus Hadji Khalifam, qui de omnium 27 sectionum titulis accurate retulit. In sqq. pergit Ibn Hadjr agere de Firouzabadii veracitate in traditionibus, exemplum ponens Ratan quemdam Indum, quem Dzahabius exstitisse temere negaverit in libro ميزان, ipse vero, progressus ad vicum ubi Ratan ille habitaverat, revera fuisse invenerit, posteris illius rem confirmantibus. Totum illud negotium exposuerat Ibn Hadjr in libro اصابة في تمييز الصحابة, quem quinque voluminibus de nominibus sociorum traditionis auctorum ediderat. Ejusdem fere argumenti cum etiam sit opus Dzahabii ميزان الاعتدال في نقد الرجال, apparet Ratanum inter traditionis fontes a nonnullis relatum fuisse; quamvis aliunde nihil de illo viro mihi innotuit. — In extrema parte Scholii, cujus nonnulla verba non satis intelligo, refert Ibn Hadjr se convenisse Firouzabadium Zebidi et in Wadi Hosaib, (qui locus in Lexico Geogr. vallis esse dicitur, in qua Zebidus jacet,) partemque potiorem Kamousi ab auctore secum esse communicatam; porro ipsum traditionis habuisse doctorem, eumque in suam gratiam scripsisse laudationem nonnullorum operum Djordjanensis, celeberrimi Doctoris et scriptoris, mortui Schirazi A. 816 (Chr. 1413—4), cujus verum nomen est As Seid Asch Scherif Aboul Hasan Ali ibn Mohammed Hanefita. Cf. Herb. v. *Gjorgjani*, *Tarifat* etc. Abdorrahman As Sekhawi T. II. p. 186.

(646) Hoc ipsum ex Ibn Al Hadjro Hadji Khalifa refert. Ostendit autem narratio quanto homi-

quae memoravi, virum suspicatus sum contentionis studio deditum fuisse. Nam (privatim) *mihi se Ibn Arabii improbare sententiam, ab eaque alienum esse, ostendebat. Praeter ea quae memoravimus, etiam sequentia ab eo scripta sunt ad Linguae studium pertinentia: Institutio orationem expendentium, in qua docetur, quaenam voces per Sin, quaenam per Schin scribantur; quo ex libro profecit Borhaneddinus Halebensis Al Hafedh (Hic de eo tradit auctorem millenis in locis, non sine magna honoris laudisque significatione, secutum esse Ibn Al Faresi in Lexico Al Madjmal appellato sententiam* (647)*); Electuarium magnum, quinque voluminibus; item aliud parvum; Hortus complanatus, in quo de aliquot rerum millibus exponitur duplex nomen habentibus* (?)*; Gemmae sparsae de tribus diebus initialibus mensium* (?). *His adde alia ejus opera de variis disciplinarum generibus, quae ad quinquaginta fere numerantur. Inter haec censentur: Donum Calycum de Angelis hominibusque qui Ismaël appellati sunt* (648)*; Recta cuspidis extensio ad distinguendam mellis excellentiam, aliquot quaternionibus; Augmentum marsupiorum et viaticum vitae futurae. — Caeterum mansit Zebidi summa dignitate ornatus, donec nonagenario paullo minor diem obiret supremum, vicesima nocte Schawali A.* 817 (Chr. 1414—5). *Speraverat autem se Meccae esse moriturum, sed voti compotem non fecit Deus O. M. Cum enim a Sultano petivisset, ut sibi Meccam redire liceret, non concessit Princeps, suumque regnum illius opera indigere caussatus est. Misericordia et nos et illum amplectatur Deus.*

§. XII.

---

minum contemtu exceptus sit iste commentarius, ut, vivo adhuc auctore, ipsi cum blattis tineisque luctandum esset.

(647) De Ibn Faresi ejusque Lexico n. 486 jam diximus. Borhanoddinus vero Halebensis pp. appellatus est Ibrahim ibn Mohammed Sebth (i. e. nepos) ibn Al Adjemi, decessitque A. 841 (Chr. 1437—8), teste Hadji Khalifa, qui ipsius meminit inter Bokharii interpretes, et libri Dzahabii Al Mizan inscripti: quamvis alio loco, ipsi adscribens compendium Kamousi, eum A. 955 (Chr. 1548—9) obiisse perperam affirmat. Vitam fuse describit As Sekhawi MS. 1871 (369) T. I. p. 132—139.

(648) Hunc librum procul dubio composuit Firouzabadius in gratiam Al Maleci Al Aschrafi patroni sui, cujus nomen proprium *Ismaël* fuit.

§. XII.

MS. 1782 (276), 1783 (371), 1784 (372). كتاب المواعظ والاعتبار في ذكر الخطط والآثار تأليف الشيخ الامام قدوة المورخين تقي الدين احمد المقريزي, *Liber monitionum et considerationis, memorans tractuum divisiones et vestigia, scriptus a Doctore Imamo, exemplo historicorum, Takioddino Ahmede Al Makrizio.* Sic celeberrimi operis titulus legitur in fronte Codicis 1784 (372), male omissa tamen voce ذكر, quam ex praefatione restituimus. Langlesius vertit *le livre des avis et sujets de reflections, sur la description historique des divisions territoriales et des vestiges, tirés des annales de l'Egypte.* In illius enim exemplaribus additur من تواريخ مصر. Cf. *Not. et Extr. des MSS.* T. VI. p. 320—386, ubi ex Makrizio excerpta legitur Canalis Aegyptii descriptio, et p. 322 sqq. reperitur brevis operis delineatio ejusque ex Hadji Khalifa notitia, in cujus Lexico Bibliographico titulus operis Makriziani pariter augetur verbis من تواريخ مصر; quibus adjunctis, extrema pars inscriptionis mihi vertenda videtur *vestigia* (vel potius *insignia*) *historiarum Aegypti.* Paullo liberius reddidit Vir illustr. de Sacy in *Chrestom. Arab.*, ubi T. II. p. 69—223 item p. 410—502 coll. T. I. p. 74—176, multa fragmenta ex illo Makrizii opere depromta leguntur. Idem Vir Doct., alio loco (*Not. et Extr.* T. IV. p. VII.), se amplissimum excerptum descriptionis Aegypti Makrizianae jam pridem incepisse, idque olim se absoluturum et editurum professus est. Interim de insigni operis utilitate et praestantia judicium ferri poterit, ex illis quae a Viris Doctis inde ad publicam notitiam prolata sunt. Haec singula recensere longum et operosum foret. Imprimis autem hac de re consulendi sunt Herbelotius in *Bibl. Orient.*, Renaudotus in *Hist. Patriarch. Alexandrin.* passim, denique Sacyus et Langlesius cum ll. ll., tum in notis et commentariis, quibus alter Abdollathifi de Aegypto librum, alter Nordenii et Hornemanni itineraria ornavit. Divisionem operis in septem partes ex Hadji Khalifa protulit Langlesius *Not. et Extr.* l. l. p. 324 sq., ex vitioso tamen, ut videtur, Codice. In eo certe exemplari, quo nunc D'Ohssonii beneficio utimur, omnia eum ordinem rationemque sequuntur, quae ipse in sua praefatione his verbis auctor proposuerat:

واما

واما اجزاء هذا الكتاب فانها سبعة اولها يشتمل علي اخبار مصر
واحوال نيلها وخراجها وجبالها وثانيها يشتمل علي كثير من مدنها
واجناس اهلها وثالثها يشتمل علي اخبار فسطاط مصر ومن ملكها
ورابعها يشتمل علي اخبار القاهرة وخلايفها وما كان لهم (1. لها)
من الاثار وخامسها يشتمل علي ذكر ما ادركت عليه القاهرة وظواهرها
من الاحوال وسادسها يشتمل علي ذكر قلعة الجبل وملوكها
وسابعها يشتمل علي ذكر الاسباب التي نشأ عنها خراب اقليم مصر ۞

Sunt autem partes hujus libri septem : quarum prima complectitur res Aegypti, Nilique vices, regionisque proventum montesque; altera plerasque illius regionis urbes incolarumque genera describit; tertia continet res Fosthathae Aegypti regumque illius; quarta historiam Kahirae quaeque ipsa propria habet et insignia; quinta illas res persequitur, quas Kahira et loca circumjacentia comprehendunt; sexta historiam habet Castelli montani, principumque qui ibi degerunt; septima denique caussas explicat, unde regni Aegyptiaci devastatio orta est. Haec rerum divisio ab ipso Makrizio constituta ex praefatione tamen potius, quam ex ipsius operis decursu, intelligitur. Nam in nostris saltem exemplaribus aut nulla aut alia fere exstat partium distinctio. MS. 1782 (276), qui totum librum continet uno volumine formae maximae paginarum 870, hac subscriptione clauditur; cuius sex priora verba habet etiam MS. 1784 (372); اخر المجلد الرابع من تجزية المصنف تم الكتاب وكتب هذا الجزو وما قبله وما قبله الي انتهاء تمامه اقل عبيد الله — حجاني بن يحيي الجزي, *Finis voluminis quarti, ex divisione auctoris, et universi operis. Hanc partem et ambas praecedentes ad extremum usque finem scripsit infimus servorum Dei — Hadjani ibn Yahya Al Djazi.* Hujus quoque partitionis in illo Codice nulla vestigia sunt, in aliis vero duobus cernuntur. Nam in MS. 1784 (372), qui tribus volumibus in folio minori (quorum primus pp. 682, alter 476, tertius 423 habet,) totum opus complectitur, in fine Tomi primi haec legitur subscriptio: تم الجزو الاول — يتلوه في الجزو الثاني ذكر ما قيل

 في

في مدينة فسطاط مصر, *Absoluta est pars prima, — quam in parte secunda excipiet memoria eorum, quae de urbe Fosthath Misr narrantur.* Extremo Tomo secundo subjiciuntur haec: ثم الكتاب — وهو الجزو الثاني — يتلوه في الجزو الثالث ذكر قلعة الجبل, *Absolutus est liber, i. e. pars altera — quam in tertia excipiet Historia arcis montanae.* Hanc autem divisionem minime fortuitam esse ex eo apparet, quod MS. 1783 (371), quo prima tantum pars Makrizii uno volumine paginarum 538 in folio minori descripta est, in eodem prorsus loco desinit, ubi Tomus primus Codicis 1784 (372). Istius autem, quem diximus, Tomi librarius complura folia, quae vacua a fine relicta erant, narratiunculis versiculisque varii generis, ad Makrizii quidem auctoritatem relatis, at nihil tamen ad Opus illius Aegyptiacum pertinentibus, implevit; quod, me quidem judice, minime facturus erat, si illa divisio a sua voluntate, potius quam a recepto usu, originem duxisset. Auctor ipse, ut ex Codicum subscriptione supra laud. constat, opus quadrifariam distribuerat. Cujus distinctionis ratio adhuc intelligi potest ex MSS., imprimis MS. 1784 (372). Nam T. I. p. 565, ante initium capitis ذكر فسطاط مصر, inserta leguntur haec: هذا اخر تجربة المصنف. Tu lege هذا اخر الجزو الاول من تجربة المصنف, uti, omissa tamen voce الجزو, legitur in MS. 1782 (276) p. 260: et in MS. 1783 (371) p. 458 hic primae partis in autographo finem esse his verbis significatur: هذا اخر الجزو الاول من نسخة الاصل. Secunda pars desinit, ubi incipit urbis Kahirae Topographia, vel caput inscriptum: ذكر حارات القاهرة وظواهرها, *Memoria vicorum Kahirae locorumque circumjacentium*, MS. 1784 (372) T. II. p. 217, coll. MS. 1782 (276) p. 471, qui tamen neque hoc loco ullam distinctionis notam habet, nec in tertiae partis exitu. Hic MS. 1784 (372) T. III. p. 58, coll. MS. 1782 (276) p. 722, ponitur in medio Catalogo Sultanorum Mamluchorum Circassensium, et mentione Al Maleci Al Aschrafi Saifoddini Aboul Nasri Barsabai, quo imperante Descriptionem Aegypti composuit Makrizius. Nempe verbis هذا اخر الجزء الثالث من اصل المصنف الامام المقريزي, *Hic est finis partis tertiae autographi scriptoris Imami Makrizii*, subjicitur haec librarii nota: ورايت علي هامس النسخة (649) ذقلت

(649) Vox هامس h. l. magnam difficultatem parit. In Lexicis enim nulla significatio exstat, quae

فقلت منها. Tum sequuntur ista: وتوفي الاشرف برسبي ثالث عشر الحجة (l. ذي الحجة) سنة احدي واربعين وثمانماية, *Obiitque Al Aschraf Barsabai A.* 841 (Chr. 1437—8), *die* 13. *Dzoul Hadjae:* additurque deinceps omnium reliquorum Principum Mamluchorum recensio, usque ad Kansou Gaurium illius dynastiae penultimum. Haec, ut quisque videt, ipsius Makrizii, A. 845 (Chr. 1441—2) defuncti, esse non possunt. Ergo, uti recte observavit doctus Arabs ad h. l. in Codicis 1782 margine, haec a recentioris aevi erudito continuata sunt, inde a verbis وتوفي الاشرف, ad sequentis capitis initium, ذكر المساجد الجامعة appellati, unde quarta eademque postrema pars operis Makriziani exordium ducit. Horum igitur voluminum, in quae suam auctor scriptionem divisit, ex sectionibus, in praefatione commemoratis, singula complectebantur duas; excepto Tomo ultimo, qui soli respondebat parti septimae: quam hic obiter exempli loco ponemus, ut intelligatur, ex divisionibus illis de vera libri ratione judicari omnino non posse; quamvis auctorem in reliquis operis sui partibus, aliquanto majorem argumenti, quod sibi tractandum posuerat, rationem habuisse fatendum est. Nempe extremo loco se dicturum esse affirmaverat Makrizius: *de caussis quae detrimentum et vastationem Aegypto attulerunt*, et tamen in ultima sectione harum rerum parum aut nihil exstat. Nullius certe capitis titulus ejusmodi argumentum profitetur. Ab initio agitur de templis majoribus (المساجد الجامعة). Inseritur tractatus, quo caussae exponuntur diversitatis in المحراب, (sive loco qui situm Meccae designat,) in variis Aegypti regionibus templisque. Hinc transitur ad sectas religiosas, quae per Aegyptum, postquam ab Amrouo ibn

Al

quae huc referri possit. Idem vocabulum recurrit in nota marginali, quae hic in Cod. 1782 (276) ad illa وتوفي الاشرف est apposita. من هنا الي ذكر المساجد الجامعة ليس من كلام المولف فانما وجد في هامس نسخة من النسخ ذكره بعض العلماء المتاخرين من بعده* *Ab hoc loco ad memoriam Templorum Cathedralium non sunt auctoris verba, sed duntaxat reperiuntur in* هامس *codicis alicujus, post ipsum a docto quodam viro recentiorum temporum memoriae prodita.* Si conjectari liceat, equidem *marginis* notionem utrique loco aptissimam esse judicem, quam superius etiam haud alienam esse judicavimus ab istis verbis in vita Firouzabadii p. 182. اشار اليها في الهامس Vid. p. 192. n. 643. Num forte vox est Aegyptiaca?

Al As in provinciae formam redacta est, obtinuerunt; unde occasio nata agendi de variis sectis Moslemicis universe. Sequitur omnium collegiorum (المدارس), nosocomiorum (المارستانات), templorum minorum (المساجد), monasteriorum Moslemicorum (الخوانك pl. a خانكاه, الربُط pl. a الرباط et الزاويات), quae Kahirae sunt, accuratissima descriptio. His adde Sanctorum monumenta, Al Kerafae aliorumque Coemeteriorum publicorum delineationem, Synagogorum Judaicorum catalogum, disputationem de aera festisque, doctrina et sectis Judaeorum, a Viro Illustr. Sacyo in Chrestomathia sua editam. Denique clauditur liber Coptorum historia ecclesiastica, in qua docetur, qua religione Copti antiquitus usi sint, quomodo ad Christianam fidem transierint, deinde in Moslemorum clientelam concesserint, addita Patriarcharum templorumque Christianorum enumeratione. — Ad Codices Operis Makriziani Leydenses quod spectat, (jam enim eo est revertendum,) de eorum forma et mole supra jam diximus. Sunt autem omnes, exceptis duobus postremis Codicis 1784 (372) voluminibus, in Charta ordinaria exarati. MS. 1782 (276) minutissimis literis scriptus est ab indocto librario, qui hoc unum metuisse videtur, ne lituris lectorum oculos offenderet. Nam suos errores fere nusquam correxit, licet totas pericopas nonnumquam bis scripserit, ut p. 146; aut si correxit, emendationes suas in media auctoris verba ingessit; cujus rei luculentissimum exemplum habemus p. 148, ubi legatus Amroui ibn Al As, apud Omarum tum Medinae versantem, narrat Khalifam secum in templum egressum esse ut captae Alexandriae nuntium cum Moslemis communicaret. In reliquis quidem Codd. recte legitur: فخرج معي الي المسجد, in MS. vero 1782 vera lectio et librarii correctio hac ratione coaluerunt: فخرج معي الي الاسكندرية او قبل خرج معي الي المسجد. Titulus libri eleganter aureo caeruleoque colore ornatus, prima autem pagina (uti et postrema) a blattis lacerata est. Aetatis nota non additur, quamvis ex mentione Sultani Kansou Gaurii certum est librum Anno 906 (Chr. 1501 — 2) antiquiorem esse non posse. Hunc vero scriptionis elegantia multum, lectionis bonitate parum, superat Tomus primus MS. 1784 (372), absolutus A. 903 (Chr. 1497 — 8). Facillimus est lectu, habetque titulum artificiose pictum; capitumque inscriptiones rubras vocalibus viridibus, aut virides rubris vocalibus distinctas.

ctas. Ab hoc immensum differunt duo sequentia volumina rudi quidem penicillo exarata A. 966 (Chr. 1558—9), at a lectionis integritate imprimis commendanda, quibus adeo nihil commune est cum primo volumine. Videntur illa potius continuationem continere praestantissimi Codicis 1783 (371), quem pene ab eadem manu profectum dixerim. Ad eadem certe tempora pertinet, scriptus A. 961 (Chr. 1553—4) vel 966. Imprimis vero memorabilis est Codex 1784 (372), ob additamenta quae extremo Tomo primo et tertio adjecta sunt, quaeque ex parte supra jam obiter memoravimus. In primo volumine varii argumenti sunt illa et momenti, et a se invicem distinguuntur praefixa formula: ووجد ايضا بخطه ما نصه vel ووجد ايضا ما نصه, *Etiam haec inventa sunt manu auctoris exarata*, *quae* (his paginis) *supplendis inservire possunt.* Ex reliquis fragmentis, quae hic leguntur, rerum gravitate et novitate praecipue se commendant duo: alterum de origine fatisque familiae Abou Hafsi, quae regnum Tunetanum vicinosque tractus obtinuit, senescente et in interitum jam vergente Al Mowahhedinorum sive Al-Mohadorum potentiâ; (cf. Abulf. A. M. T. IV. p. 532 sq. De Guignes *Hist. des Huns* T. I. p. 386, quorum narrationes ex nostro loco multifariam corrigi possunt et suppleri,) alterum vero de Nigritarum generibus. Alia denique reperiuntur ad calcem Tomi tertii, de populis Francorum, eorumque historia, de nonnullis Imperii Byzantini rebus, item de regno Imamorum Yemanensium Sanaae, agentia. Ipsa fragmenta lectu non indigna in nota subjecta descripsimus (650), nunc vero, absoluta Codicum notitia, ad ipsam auctoris vitam consi- de-

(650) Primum fragmentum de Hafsidis Tuneti regibus sic habet:

الخبر عن الحفصي (الحفصيين .l) ملوك تونس

اولهم ابو حفص عمر بن يحيي الهنباني وهنبانه من قبايل المصامدة وهو احد اصحاب ابي عبد الله محمد بن تومرت ولي ابنه عبد الواحد بن ابي حفص افريقية عن بني عبد المومن في سنة ثلاث وستماية ومات سلخ ذي الحجّة سنة ثمان عشرة فولي ابو العلا من بني عبد المومن ومات فعادت افريقية الي الحفصيين وولي منهم عبد الله بن عبد الواحد بن ابي حفص سنة ثلاث وعشرين فاستناب اخاه ابا زكريا يحيي بفاس واخاه ابا ابرهيم اسحق ببلاد الجريد فثار علي عبد الله اهل فاس وقد قدمها وطردوه وولوا اخاه ابا زكريا في سنة خمس وعشرين فتنكر بنو عبد المومن علي ابي زكريا فاسقط اسم عبد المومن من الخطبة وابقي

derandam pergendum est. Hanc post imperfectos Herbelotii conatus v. *Macriz*, *Akd al Giavaher*, *Auzan*, *Balbek*, *Cahirah*, *Etaadh Maouaedh*, *Mesr*, item breves aliorum

---

وابقي اسم المهدي محمد ابن تومرت وخلع طاعة بني عبد المومن وملك افريقية وخطب
لنفسه وتلقب بالامين المرتضي وفتح تلمسان والغرب الاوسط وبلاد الجريد والزاب ومات علي تونه
(? تونس an) سنة سبع واربعين وترك اربعة اولاد ابا عبد الله محمد وابا اسحق ابرهيم وابا حفص
عمر وابا بكر وكنيته ابو يحيي وترك اخوين ابا ابرهيم اسحق ومحمد اللحياني ابنا (ابني .l)
عبد الواحد بن ابي حفص فولي بعده ابنه ابو عبد الله محمد بن ابي زكريا وخلع باخيه
(ابن اخيه .l) محمد اللحياني وكان صالحا منقطعا يتبرك به فجمع ابو عبد الله محمد المخلوع
اصحابه في يوم خلعه وقتل عمه واستقر في ملكه وتلقب بالمستنصر بالله امير المومنين ابي
عبد الله محمد ابن الامراء الراشدين فوصل الفرنسيس بجموعه الي افريقية في سنة ثمان وستين
فاهلكه وتفرقت جموعه وفر اخوه ابو اسحق ابرهيم بن ابي زكريا الي تلمسان وبقي المستنصر
حتي مات ليلة الحادي عشر من ذي الحجة سنة خمس وسبعين فملك ابنه يحيي بن
محمد بن ابي زكريا وتلقب بالواثق بالله وكان ضعيف الراي فثار عليه عمه ابو اسحق ابرهيم
بن ابي زكريا سليمن فخلع نفسه واستقر ابو اسحق في شهر ربيع الاول سنة ثمان وسبعين
وخطب لنفسه بالامير المجاهد وترك زي الحفصيين وبقي علي زي زناتة وعكف علي اللهو
وفرق المملكة علي اولاده فثار اولاده بالواثق المخلوع وذبحوه وذبحوا ولديه الفضل والطيب وبقي
له ابن يعرف بابي عصيدة ثم ادعي رجل انه الفضل ابن (بن .l) الواثق الذي ذبح مع ابيه
واجتمع عليه الناس وقصدوا ابا اسحق ابرهيم ففر الي بجاية وبها ابنه ابو الفارس عبد العزيز
فاقر اباه بجاية وجمع اخوته وجمعه الي محاربة المدعي بتونس فانهزم منه وقتل وقتل معه
ثلاثة من اخوته وبقي له اخ اسمه يحيي وعمه ابو حفص عمر بن زكريا وبعث الداعي الي
بجاية فقتل ابا اسحق ابرهيم وحمل راسه اليه فاجتمع العرب علي عمر بن ابي زكريا بعد
هربه من المعركة وقصدوا الداعي بتونس فاستو (واستتر .l) في بيت تاجر وقبض عليه★ بانه
دعي وانه من بجاية واسمه احمد بن مرزوق بن ابي عمار فضرب عنقه وكان ابوه يتجهز
الي بلد السودان وشاهق محاربا فقدم مصر ونزل دار الحديث الكاملية من القاهرة ثم عاد
الي الغرب فلما مر بطرابلس وجد رجلا اسود يقال له نصير من خواص الواثق المخلوع قد
هرب وكان الداعي شبيها بالفضل بن الواثق فدبر مع نصير الامر فشهد له انه الفضل بن
الواثق وجمع العرب عليه حتي كان ما قد ذكر وكان الداعي يخطب له بالخليفة المنصور
بالله

-rum doctorum Virorum notas (in his Pocockii *Spec. Hist. Arab.* p. 355. *edit. novae*, Petis de la Croix *Abregé de la vie des Auteurs* etc. p. 543, Koehleri in *Repert. für B.*

بالله القايم بحق الله امير المومنين ابو (ابي .1) العباس الفضل ولما استقر ابو حفص عمر في المملكة قيل تلقب بالمستنصر بالله امير المومنين وهو المستنصر الثاني وسار في ايامه ابن اخيه يحيي بن ابرهيم بن ابي زكريا الذي سلم في المعركة وملك نجابة وتلقب بالمنتخب لاحياء دين الله امير المومنين ولم يزل ابو حفص عمر بن ابي زكريا باقي مملكته حتي مات في اوايل المحرم سنة خمس وتسعين بعد ما بايع بابن له صغير ثم ابطل البيعة له وبايع ابا عصيدة وهو ابو عبد الله محمد بن الواثق المخلوع وتلقب بالمستنصر ومات في ايامه المنتخب يحيي صاحب نجابة وملكها بعده ابنه خالد ومات ابو عصيدة سنة تسع وسبعماية فملك بعده ابو بكر بن عبد الرحمن بن أبي بكر بن ابي زكريا بن عبد الواحد بن ابي حفص ثمانية عشر يوما ووصل خالد بن المنتخب من نجابة الي يوسف وقتل ابا بكر هذا وكان زكريا اللحياني بمصر فسار مع عسكر السلطان الملك الناصر محمد بن قلاون الي طرابلس الغرب وبايعه العرب وتوجه بهم الي يوسف فخلع خالد ثم قتل قصاصا بابي بكر بن عبد الرحمن واستقر اللحياني في المملكة وهو ابو يحيي زكريا بن احمد بن محمد اللحياني الزاهد بن عبد الواحد بن ابي حفص فثار عليه ابو بكر بن يحيي المنتخب ففر منه الي مصر واقام بالاسكندرية. وملك ابو بكر تونس وما معها خلا طرابلس والمهدية فانه لما فر اللحياني الي مصر بايع ابنه محمد لنفسه وحارب ابا بكر فانهزم واستقر محمد بن اللحياني بالمهدية وله طرابلس معها وكان استيلاء ابي بكر وهروب اللحياني الي مصر في سنة تسع عشرة ثم وردت مكاتبات اهل تونس علي اللحياني في ذي القعدة سنة أحدي وعشرين ففر ابنه ابو بكر واتهم بالعود بابنه محمد بن ابي صهرة ويستمد بمونة *

HISTORIA HAFSIDARUM TUNETI REGUM.

Illorum primus fuit Abou Hafs Omar ibn Yahya Al Hanbani ex Mosameditarum tribubus. Is autem erat inter socios Abou Abdollae Mohammedis ibn Toumrout; ejusque filius Abdol Wahed ibn Abou Hafs Africam regere coepit nomine filiorum Abdol Moumeni A. 603 (Chr. 1206—7), *obiitque exeunte Dzoul Hadja A.* 618 (Chr. 1221—2). *Tum praefecturam gessit Aboul Ala ex Abdol Moumenidis, quo mortuo Africa rediit in potestatem Hafsidarum. Ex his illam tenuit Abdolla ibn Abdol Wahed ibn Abou Hafs A.* 623 (Chr. 1226); *qui fratrum suorum alterum Abou Zacarjam Yahyam Fessae, alterum Abou Ibrahimum Ishakum in Belad Al Djerid* (sive palmeti regionibus), *praefectum constituit. At Fessani Abdollam ad se venientem, tumultu exorto, ejecerunt, fratremque A.* 625 (Chr. 1227—8) *ipsi suffecerunt Abou Zacarjam, qui* (filiorum) *Abdol Moumeni, alieniorem ipsi animum ostendentium, nomen ex precibus pu-*

B. u. M. L. T. I. p. 74 sqq., Langlesii in *Not. et Extr. des MSS.* T. VI. l. l.), primus cum erudito orbe communicavit Vir Illustr. de Sacy in *Chrestom. Arab.* T. II. p. 410—425, ubi

---

blicis sustulit, (relicta tamen Al Mohdii Mohammedis ibn Toumrouti memoria,) omnique denegato Abdol Moumenidis obsequio, Africam sibi vindicavit, sibique jam Al Amin Al Mortadhi appellato preces fieri jussit. Deinde in potestatem redactis Telmesane, Africa media, Bilad Al Djerido et Az Zabo, obiit Tunae (?) A. 647 (Chr. 1249—50), *quatuor filios relinquens, Abou Abdollam Mohammedem, Abou Ishakum Ibrahimum, Abou Hafsum Omarum, et Abou Becrum cognomine Abou Tahya; item duos fratres Abou Ibrahimum Ishakum et Mohammedem Al Lahyanium, filios Abdol Wahedi ibn Abou Hafs. Successit defuncto filius Abou Abdolla Mohammed ibn Abou Zacarja, quem, fratris sui filium, regio ejecit solio Mohammed Al Lahyanius, antea ob probam vitam et solitariam benedictionibus cumulatus. At Abou Abdolla Mohammed, eodem die quo imperium amiserat, collecta suorum manu, patruum obtruncavit, confirmataque potestate regia, appellatus est Al Mostanser Billah Princeps fidelium Abou Abdolla Mohammed, filius Principum recta via insistentium. Hic Regem Franciae, qui cum copiis in Africam venerat, dissipato exercitu, delevit A.* 668 (Chr. 1269—70). *Frater autem Abou Ishak Ibrahim ibn Abou Zacarja Telmesanum se subduxit, obtinuitque regnum Al Mostanserus ad mortem, quae accidit die* 13 *Dzoul Hadjae A.* 675 (Chr. 1276—7). *At filium, qui ipsum exceperat, Tahya ibn Mohammed ibn Abou Zacarja cogn. Al Watsek Billah, nullius consilii virum, mox oppressit patruus Abou Ishak Ibrahim ibn Abou Zacarja Soleiman sponte imperio cedentem, quod ipse capessivit mense Rabiâ priore A.* 678 (Chr. 1279—80), *et publicis in precibus nomen assumsit Emiri Al Modjahedi, depositoque habitu Hafsidis proprio, Zanatensium vestitum induit, totumque se rebus ludicris tradidit. Divisit autem regnum inter filios, qui, impetu facto in Al Watsekum ad privatam conditionem redactum, hominem cum duobus filiis Al Fadhlo et Ath Thaibo jugularunt. Evasit tertius, quem vulgo Abou Azidam appellant. Exstitit autem vir aliquis, qui se Fadhlum ibn Al Watsek, quem una cum patre interfectum diximus, esse contenderet. Hic congregato ad se magno hominum numero adversus Abou Ibrahimum Ishakum movit, qui Nadjabum confugit ad filium Aboul Faresum Abdol Azizum. Is, patre Nadjabi consistere jusso, fratres copiasque collegit, ut bellum impostori Tuneti inferret: at ipse in fugam versus et cum tribus fratribus trucidatus est; uno tantum relicto Tahya nomine, nec non patruo Abou Hafso Omaro ibn Zacarja. Dein misit Nadjabum tyrannus, qui Abou Ishakum Ibrahimum occiderent, caputque ad se referrent. Arabes interim ad Omarum ibn Zacarja e proelio profugum confluxerant, eoque duce impostorem Tuneti aggrediebantur, qui in domum mercatoris cujusdam se abdidit. Mox tamen comprehenso et* (confitenti) *se falsum sibi nomen arrogasse, Nadjabi autem natum esse, et proprie Ahmedem ibn Merzouk ibn Abou Ammar appellari, cervices praecisae sunt. Ejus pater in Nigritiam et Schahikum bellatum ire paraverat, dein in Aegyptum venit et Lyceum traditionibus docendis ab Al Maleco Al Camelo conditum incoluit. Postea in Occidentem remeans, in transitu apud Tripolim reperit Nasirum quendam nigrum hominem, qui ex primariis aulicis Al Watseki fuerat et fuga periculum evaserat. Cum hoc*

ubi duplex exstat de nostro auctore narratio, quarum altera brevior est, altera longior, et librorum a Makrizio scriptorum catalogo ornata. Ambae depromtae sunt ex Djemalod-

---

hoc igitur Nasiro per dolum egit impostor, ut se Fadhlum ibn Al Watsek, cui valde similis erat, esse affirmaret. Hinc Arabibus ad ipsum confluentibus, acciderunt illa quae diximus, sibique preces iste publicas fieri jussit, adscito nomine Khalifae Al Mansouri Billah Al Kayem Behakk Illah Principis fidelium Aboul Abbasi Al Fadhli. Abou Hafsum Omarum vero in regno confirmatum sibi titulum attribuisse ferunt Al Mostanseri Billah, cujus nominis secundus fuit. Hoc imperante Regis consobrinus Tahya ibn Ibrahim ibn Abou Zacarja, qui ex proelio antea memorato evaserat, occupata Nadjaba, cognominatus est Al Montekheb Leïchya Din Illah Princeps fidelium: Abou Hafs Omar vero ibn Abou Zacarja regnum obtinuit, donec obiit ineunte Moharremo A. 695 (Chr. 1295—6): *postquam filio suo adhuc impuberi sacramentum dici jusserat: dein, hoc misso consilio, successorem designavit Abou Asidam, qui alias appellatur Abou Abdolla Mohammed filius Al Watseki illius, quem imperio amotum diximus. Hic cognomen sibi arrogavit Al Mostanseri Billah, eoque regnante discessit Al Montekheb Tahya Nadjabae dominus, quam eo defuncto rexit filius ejus Khaled. Postquam vero Abou Asida A.* 709 (Chr. 1309—10) *obiisset, successor ipsius Abou Becr ibn Abdorrahman ibn Abou Becr ibn Abou Zacarja ibn Abdolwahed ibn Abou Hafs non ultra dies octodecim imperavit. Khaled enim ibn Al Montekheb Nadjaba Tousofam (?) venit, et Abou Becrum trucidavit. Tum Zacarja Al Lahyanius, qui huc usque in Aegypto degerat, cum copiis Sultani Al Maleci An Naseri Mohammedis ibn Kelaoun Tripolin pergens, Arabes ad sacramentum adegit, et cum iis Tousofam contendit. Unde Khaledus imperium abdicare coactus et mox interfectus, obtruncati Abou Zacarjae ibn Abdorrahmani poenas dedit. Al Lahyanium tamen i. e. Abou Tahyam Zacarjam ibn Ahmed ibn Mohammed Al Lahyani Az Zahed ibn Abdolwahed ibn Abou Hafs, vix in regno confirmatum, brevi post, res novas molitus Abou Becr ibn Tahya Al Montekheb in Aegyptum fugere compulit. Hic igitur Alexandriae moratus est, Abou Becro interim Tunetum ejusque ditionem occupante, sola excepta Tripoli et Mohdia. Quo tempore enim in Aegyptum fugit Al Lahyanius, filius Mohammed, sibi vindicato principatu, belloque Abou Becrum aggressus, et in fugam versus, Tripolin tamen Mohdiamque retinuit. Haec autem acciderunt A.* 719 (Chr. 1319—20). *Anno vero* 721 (Chr. 1321—2) *epistolae Tunetanorum ad Al Lahyanium pervenerunt mense Dzoul Kaada. Nam filium* (Al Lahyanii) *Abou Becrus fuga vitaverat. Mox tamen cum filio Mohammede ibn Abou Sahrah rediturum credebant. Ergo commeatum petiit.* Ultima non satis intelligo. Equidem verti ut potui, aliis explicanda relinquens. His apud Makrizium alterum fragmentum, quod hic descripsimus, nullis interjectis subjicitur.

الخبر عن اجناس السودان

اعلم ان السودان اهل الاقليم الثاني وما وراه الي اخر الاول بل والي اخر المعمور يتصلون ما بين المغرب والمشرق فيجاورون بلاد البربر بالمغرب وافريقية وبلاد اليمن والحجاز والبصرة

وما

loddini Aboul Mahaseni operibus historico-literariis. Nos tertiam reperimus apud Abdorrahmanum As Sekhawium MS. 1871 (369) T. I. p. 372 sqq., reliquis multo ampliorem

---

وما وراها من بلاد الهند (؟) وهم اصناف وشعوب وقبايل اشهرهم بالمشرق الزنج والحبشة والنوبة
والحبشة من ولد حبش بن كوش بن حام والنوبة من ولد نوبة بن كوش بن كنعان بن
حام وقيل من ولد نوبا بن فوط بن مصر بن حام والزنج من ولد زنجي بن كوش وساير
الاساود من ولد فوط بن حام وقبايلهم تسع عشرة امة الزنج وهم علي بحر الهند لهم مدينة
منسية وهم مجوس وقاموا مع الداعي بالبصرة في خلافة المعتمد ويليهم بربرا وفشا فيهم
الاسلام ولهم مدينة مقدشوا علي البحر الهندي ومن غربيهم وجنوبهم الدمادم وهم حفاة عراة
وخرجوا الي بلاد الحبشة والنوبة عند خروج الططر (؟) الي العراق لعبد السماير فعاثوا فيها ثم
رجعوا ويليهم الحبشة وهم اعظم امم السودان ويجاورون اليمن علي شاطي البحر الغربي ويدينون
بالنصرانية وفي شمال الزنج والحبشة قبايل البجا وهم نصاري ومسلمون ولهم جزيرة سواكن
ويليهم عرباء النوبة ولهم مدينة دمقلة غربي النيل واكثرهم نصاري ويليهم دغال وهم مسلمون
ومن شعوبهم تاجو ويليهم الكانم وهم خلق عظيم والاسلام غالب عليهم ومدينتهم الجما واول
من اسلم من ملوكهم محمد بن جبل بن عبد الله بن عثمان بن محمد بن ابي*
ويزعمون انه من نسل سيف بن ذي يزن وان بينه وبينه نحو من اربعين ملكا وهو بدوي
رحال واذا جلس سجد له اهل دولته وانبطحوا علي وجوههم وبلغ عسكره ماية الف ما بين
فارس وراجل وحامل وبين الجما التي يلملم خلق كثير كفار ويحادر (؟ يحدر an) ملك
الجما وهو ملك الكانم خمسة ملوك وخيلهم صغار والكانم اقليم كبير يمر فيه النيل المبارك
لغاية وبين الجما واول الملك التاجو عشرة مراحل وهناك من السودان عراة منهم اهل
اكلي وملكهم قوي عادل ومنهم انفوا وملكهم اسمه مستور وهو شديد الغيرة علي حرمه ويليه
ملك اخر يقال له مفبو وبعدها (بعده .l) امة يقال لهم كانكوما ثم كانكوا ثم ابقرم ثم
امة اكبر من هولاء لهم يدي وملكهم رابوما ويليه ملك كبير ويقال له هودمي وقبيلة
يقال لهم انكرر وهم كثير اهل بقر وغنم وفيلة ثم قبيلة شادي ومابنا وابهم وقبايل اتحنا ويافلم
ومكبا وهم عراة كلهم ويسخرون من يلبس ومابنا قبيلة كبيرة اكثر منهم يقال لهم كالكين في
بلادهم شجر كبار وبرك من النيل وغزاهم ملك الكانم من الجما في حدود خمسين وستماية
فقتل وسبا ومن ورايهم في الغرب قبايل كثيرة الي كوكو وادرما مما يليهم ودفومو وفيها مساجد
للمسلمين وسلطانها عادل وقبيلة ابكلا بالكفار وهم اهل ابل ولباسهم الجلود وقبيلة توكاما اول

ولد

rem et minime negligendam. Hanc ergo cum vitis a Sacyo editis' comparatam notisque illustratam hic publica luce donavimus: احمد بن علي بن عبد القادر بن محمد

بلاد التاجو اهل نخل وشربهم من ماء النيل والتاجو جنس من زغاوه يعملون الحجارة ويحاربون اهل واتكوا وبلدهم علي عشر مراحل شرقي الجبل وعليها يمر النيل الي مصر ومن الجبل في الغرب بلاد البربر الملثمين اربعون مرحلة علي شاطي النيل الي مدينة تاومكه ومنها الي كوكو عشرة مراحل ومن كوكو الي غانة عشرون مرحلة ووراء ذلك البحر المحيط وبعد التاجو مدينة قاعدة النوبة وفي شمالي الكانم بلد فزان واهلها بربر وينتهي الي زويلة في جنوب برقة والكانم اعظم ملوك السودان وفي غربهم كوكو وبعدهم بقاره والتكرور ونمي وتميم وجا وانكزار ويتصلون بالبحر المحيط الي غانة في الغرب وكانم كرسي ويقال لهما (لهم .l جميعا زغاي يتصل بهما (بهم .l) جنوبا الحبشة وشرقا النوبة وشمالا بلاد برقة وغربا التكرور وكان ملكهم في حدود سنة سبعماية الحاج ابرهيم بن ولد سيف بن ذي يزن وملك كرسي كانم وكانم كرسي برنو وملك بعده ابنه الحاج ادرير (?) ثم اخوه داود بن ابرهيم بن (ثم .l) عمر بن اخيه الحاج بن (بن dele) ادرير ثم اخوه عثمان بن ادرير وكان قبيل سنة ثمانماية وانتقض عليهم اهل كانم وارتدوا وبقيت به نوبي (?نوبة an) ملكتهم وهم مسلمون مجاهدون لاهل كانم ولهم اثنا عشر مملكة وكان ملك غانة اعظم الملوك ثم غلب عليهم الملثمون فتلاسي ملكهم وغلب عليهم اهل صوصو ثم قوي اهل مالي وملكوهم وقد ذكرنا اخبار مالي وملوكها في كتاب درر العقود الفريدة في ترجمة ممشي بن موسي *

NOTITIA GENERUM NIGRITARUM.

Scias Nigritas esse populos Climatis secundi, et ulterius habitare usque ad extremum Clima primum terraeque habitatae fines, et ad Orientem Occidentemque pertingere. Nam vicini sunt Berberis in Occidente, item Africae propriae et regionibus Yemanae, Hadjazo, Bosrae et terris Indicis (?), *quae post haec jacent. Sunt in varia genera, gentes tribusque divisi, quarum in Oriente celeberrimae Zindji, Habessini, Nubiique. Habessini descendunt ab Habescho ibn Cousch ibn Ham: Nubii vero a Noubah ibn Cousch ibn Canaan ibn Ham; vel, ut alii perhibent, sunt ex posteris Noubae ibn Fout ibn Misr ibn Ham, Zindji vero ex genere Zindji ibn Cousch. Omnes denique Nigritae originem ducunt ex Fouti ibn Hami liberis. Tribus eorum sunt novemdecim numero. In his sunt Zindji, qui ad mare Indicum habitant, et oppidum incolunt Mansiah. Magorum sectam sequuntur, et una cum impostore* (Alio ibn Mohammed) *Basrae sedem fixerant sub Al Motamedi Khalifatu. His contigui sunt Al Berbera, inter quos divulgatus est Islamismus. In eorum ditione jacet urbs Makdischou ad maris Indici litus, habentque ab Occidente et Meridie Al*

Da-

محمد بن ابراهيم بن محمد بن تميم بن عبد الصمد بن ابي
الحسن بن عبد الصمد بن النقي ابي العباس بن العلا المحبوي
الحسيني

Damadim, homines nudis pedibus corporibusque incedentes, qui, quo tempore Tatari in Irakam irruperunt . . . . . . , eodem ipsi Nubiam Habessiniamque infestarunt, et depopulati sunt; deinde domum redierunt. Habessini, qui his adjacent, sunt omnium gentium Nigritarum numerosissimi, vicinique terrae Yemanicae ad maris Arabici oram, religionemque Christianam profitentur. A Septentrione Zindjorum et Habessinorum sunt Al Badja, ex Christianis Moslemisque mixti, qui insulam Sawacen possident. Proximi sunt Arabes (?) Nubienses, qui ab occidente Nili incolunt urbem Domkolam. Horum plerique sequuntur etiam fidem Christianam, accolasque habent Al Dogalos Moslemos, e quorum familiis una Tadjou appellatur. His vicini sunt Al Kanem, quae magna gens est et majorem partem Moslemica. Eorum urbs Al Djama vocatur. Primus ex illius terrae regibus Islamismum amplexus est Mohammed ibn Djabal ibn Abdollah ibn Otsman ibn Mohammed ibn Abou . . . . . ., quem e posteris Saifi ibn Dzou Yezen esse censent; ita ut inter ambos quadraginta circiter Reges intersint. Hic in campis agere et Nomadum more oberrare solet. Cum sedet, adorant ipsum Regni principes, pronique in faciem concidunt. Exercitus, si equites pedites calonesque junctim numeres, centum millia hominum continet. Inter Al Djama et Yalamlam magna habitat infidelium multitudo. Rex vero, qui etiam Rex Al Kanemi vocatur, quinque regulos sibi subjectos habet. Equi hujus regionis sunt parvi. Al Kanem magnus tractus est, quem Nilus eximie benedictus irrigat; distatque illa ditio decem stationes a primis Regni At Tadjou finibus. Sunt ibi (an in At Tadjou?) *Nigritae nudi, in his Ikli, quorum Rex potens est justusque, item Afnou, qui Principem habent Mastour appellatum, uxores suas magna zelotypia custodire solitum. Huic aliud Regnum vicinum est, Manbou nomine, post quod gentes jacent Caancouma, Caancou et Abkaram, aliaque gens praecedentibus major potensque, cujus Regnum Rabouma vocatur, cuique adjacet Regnum magnum Houdami, tribusque Ancarar, populosa et armentis gregibusque et elephantis abundans. Hanc sequuntur tribus Schadi, Mabina, Abham, Atâna, Yafalam, Macaba, quae ad Nigritas nudos pertinent, et homines vestitos ludibrio habent. Tribus populosa Mabina reliquis major est, ejusque potior pars Caalcin nomen habet. Ipsa regio magnis arboribus lacubusque Nili restagnantis plena est. Hanc, vertente Anno* 650 (Chr. 1252—3), *Rex Al Canemi ex Al Djama invasit, multosque occidit et in servitutem abduxit. Hinc ulterius ad Occidentem jacent ad Coucou usque tribus multae, in quibus Mabinae propinquae sunt Aderma et Dafoumou, ubi sunt templa Moslemica. His Rex justus imperat. Item gens Abcala, quae camelas possidet, pellibusque induta est, atque inter infideles censetur; et tribus Toucama, quae Regionis At Tadjou primos fines incolit, et palmeta possidet, bibitque ex Nilo. At Tadjou gens est Zagawaeorum. Hi lapicidinam exercent, cum populis Watsecou bella gerunt, eorumque regionem, decem stationes ab Oriente montis (?) sitam, Nilus percurrit hinc in Aegyptum defluens. Ab occidente montis jacent terrae Berberorum, qui Al Molatstsemoun vo-*

الحسيني العبيدي البعلي الاصل القاهري سبط ابن الصلاح ويعرف بابن المقريزي وهي نسبة بحارة في بعلبك تعرف بحارة المقارزة وكان اصله

(vel os obligantes) *vocantur, per quadraginta stationes, juxta ripam Nili, usque ad urbem Taoumcah. Hinc ad Coucou sunt decem stationes, a Coucou ad Ganam viginti stationes: tum sequitur Oceanus. Pone At Tadjou sita est metropolis Nubiae; a septentrione Al Canemi regio Faran, quam Berberi incolunt ad Zoweilam usque pertinentem, a meridie Barcac. Al Canem maximum Nigritiae regnum est, ab occidente habens Coucou, tum Bakarah, Tecrour, Nama, Temim, Dja et Inkizar, quae in Occidente inde ab Oceano ad Ganam usque jacent. Al Canem igitur sedes regni est, omnesque hi populi junctim appellantur Zagaï, quos ab austro Habessinia, ab Oriente Nubia, a septentrione Barcae tractus, et ab occidente Tecrour cingit. Eorum Rex, anno labente septingentesimo, erat Al Hadj Ibrahim ex Saifi ibn Dzou Tezen posteris, tenens regiam sedem Al Canem, quae Bornoui caput est. Huic successit filius Al Hadj Idrir, quem excepit frater Daoud ibn Ibrahim, dein duo filii Omar et Otsman, quorum hic paullo ante annum* 800 (Chr. 1397—8) *vixit. Al Canemi incolae ab illis principibus, rupto foedere, defecerunt. Manserunt tamen penes illos regnandi vices* (?). *Sunt vero Moslemi, belloque adversus infideles gesto cives Al Canemi tutantur, ita ut duodecim regna occupaverint. Etiam Rex Al Ganae Principum* (harum regionum) *quondam fuerat maximus; deinde, ingruentibus Al Molatstsemiis, omnis eorum potestas evanuit; occupavitque familia Sousou, tum gens Mali quae interim invaluerat, hos tractus, ibique regnavit. Hujus autem Maliae gentis historiam ejusque reges memoravimus in Libro inscripto: Uniones monilium eximii, in voce Mamscha ibn Mousa.* Haec sunt, quae de Nigritarum geographia et historia narrat auctor, tam rerum confusione, quam nominum sive corruptione, sive non satis distincta scriptione, nonnihil obscurata. Sequuntur jam duo alia fragmenta, quae in extremo Tomo tertio leguntur:

الحمد لله رب العالمين

وجد ايضا بخط المص (? المصنف an) رحمه الله ورقة مفردة عن الكتاب وليس قبلها ما يدل علي انتهاء الكتاب من الحمدلة ونحوها فيها ما صورته * الخبر عن الافرنجة هذه الامة يقال لها الافرانسي نسبة الي افرانسة وهي بلد جليل وهم من ولد يافث بن نوح وسكناهم في العدوة الشمالية من عدوتي البحر الرومي الغربي ما بين جزيرة الاندلس وخليج القسطنطينية يجاورون الروم من جانب الشرق والجلالقة من جانب الغرب ودخلوا في دين النصرانية مع الروم ومنهم تعلموه واستفحل ملكهم عند ضعف ملك الروم واجازوا البحر الي افريقية مع الروم فملكوها ونزلوا امصارها لمثل سبيطلة محلولا وقرطاجنة ومرتاق (?) وباغاية وبلبيس وغلبوا علي من كان بها من البربر حتي اتبعوهم في دينهم وانقادوا اليهم حتي جاء الله بالاسلام وكان الفتح

فاخذ

اصله من بعلبك وجدّه من كبار المحدثين فتحول والده الي القاهرة وولي بها بعض الوظايف المتعلقة بالقضاء وكتب التوقيع في ديوان الانشاء

فاخذ المسلمون من العرب منهم جميع امصار افريقية والعدوة الشرقية والجزاير البحرية مثل اقريطش ومالطة وصقلية وميورقة والجاوهم الي العدوة الشمالية حيث كانوا اولا واجاز المسلمون خليج طنجة وغلبوا القرط القوط .l) والجلالقة والبسكيس وملكوا جزيرة الاندلس وخرجوا من ثنايا ودروبها الي بسايط الافرنجة هولاء فدوخوها وعاثوا فيها ولم تزل الصوايف (الطوايف .l) تتردد اليها صدرا من ايام بني امية بالاندلس وكانت الاغالبة ولاة افريقية يوالون غزوهم ايضا حتي غلبوهم علي الجزاير البحرية ونازلوهم علي بسايط عدوتهم فلم تزل نفوسهم ممتلية حنقا علي المسلمين حتي ضعفت مملكة الروم بالقسطنطينية وروما واستفحل ملك الفرنجة فملكوا منهم الجزاير مثل دانية وسردانية وميورقة وصقلية وقد وهت الخلافة ببغداد فرجعوا الي الشام وملكوا عدة مواضع منها بيت المقدس وبنوا فيه كنيسة عظيمة بدل المسجد وحصروا القاهرة كما قد بيّناه في مواضعه من كتبنا ثم ادال الله لاهل الاسلام فجاهدهم السلطان صلاح الدين يوسف بن ايوب حتي اخذ منهم القدس وغيره واسترد الملوك بعده جميع ما كان معهم من البلاد الشامية فجمعوا ونازلوا دمياط في سلطنة الكامل محمد بن العادل ابي بكر بن ايوب ثم في سلطنة ابنه الصالح نجم الدين ايوب واخذت قرطبة وبلنسية واشبيلية وقصد الفرنج تونس في سنة ثمان وستين وستماية فهلك الفرنسيس رند افرنس (ريدافرنس .l) علي قرطاجنة فضعف امرهم واختلّ مركز دولتهم بافرنسية وافترقوا طوايف وصار ملكهم عمالات واستبد صاحب صقلية وصاحب نابل وصاحب جنوة وصاحب سردانية وبقي بيت ملكهم الاقدم علي غاية الوهن ذكر ابن جبير في رحلته ان صاحب قسطنطينية هلك وترك الملك بعده لزوجته وليا منه ابن صغير فقام ابن عمه في الملك وقتل المراة وسجن الابن فاطلقه ابن لهذا الثاير فمر حتي نزل صقلية في خدمة راهب بعد ما مرت به خطوب كثيرة فاعلم به غليام ملكها فاعتني به واكرمه وكانت لهذا الابن اخت جميلة علق بها ابن العم الثاير علي الملك فلم يمكنه تزويجها لحرمة نكاح الاقارب عندهم فحمله حبها علي ان توجه بها الي مسعود صاحب قونصية (قونية .l) واسلم واسلمت معه علي يده فامتحنه بان وضع صليب ذهب قد احمي بالنار تحت قدميه اهنة له وزوجه بابنة عمه المذكورة وسار بجيوش المسلمين مسعود الي قسطنطينية فدخلها وقتل من اهلها نحو الخمسين الف

الانشاء وانجب صاحب الترجمة وكان مولده حسبما يخبر به ويكتبه بخطه بعض السنين وقال شيخنا انه راي بخطه ما يدل علي تعيينه
في

الف انسان من الروم واعانه الاغريقيون علي ذلك وهم من الروم والنصاري لعداوة بينهم وبين اهل قسطنطينية فاستولي المسلمون عليها واخذوا منها من المال ما لا ياخذه الاحصاء فخارها (an فخربها ?) مسعود وذلك في سنة ثمانين وخمسماية فجهز غليام صاحب صقلية اسطولا بسبب ذلك انفة للصبي الذي عذره*

LAUS DEO DOMINO MUNDORUM!

Inventum est folium manu auctoris c. d. b. v. scriptum, sed a reliquo libro separatum, quamvis nullum indicium absoluti libri, ut Laus Deo, vel simile quid, praecederet. Hujus igitur scripti haec erat species. — DE FRANCIS NARRATIO. *Hic populus, qui Al Afransi appellatur, nomen habet ab amoena regione, Afransah* (Francia) *vocata. Sunt ex Japheti Noachidae posteris, tenentque Septentrionale latus maris Rumaei et occidentalis, quod ab Hispania ad fretum usque Constantinopolitanum extenditur. Ab Oriente Graecis, ab Occidente Gallaecis vicini sunt. Religionem Christianam profitentur, ut Graeci, a quibus illam didicerunt: eorumque imperium confirmatum est, cum Graeci regni vires senescerent. Ergo una cum Graecis, mare transmisso, in Africam venerunt, eamque occuparunt, urbesque illius incoluerunt, in his Sobeitalam, Mahioula, Carthaginem, Martakam (?) Bagayam, et Belbisum (?); Berberosque illorum tractuum subegerunt; donec hi quoque religionem Christianam amplexi, illis obsequebantur: dum, Deo sic moderante, Islamismus exortus est, Arabumque Moslemorum victoriae omnes Africae urbes, litusque Orientale, Insulasque maris illius, ut Cretam, Melitam, Siciliamque et Majorcam illis eripuerunt, in litus Boreale, ubi olim degerant, secedere compulsis. Quin et fretum Gaditanum transmiserunt Moslemi, Gothosque et Gallaecos Bascosque devicerunt; occupataque Hispania, per illius vias angustiasque montanas in planitiem Francorum irruperunt, eamque subjugarunt et depopulati sunt; neque copiae eo transire desierunt, inde a diebus regni Ommaiadarum Hispanici. Similiter Aglabitae Africae praefecti iterum iterumque expeditiones in Francos susceperunt, donec in insulis maris medii illos devicissent, et, in loca plana litoris illorum escensione facta, illos oppugnassent. Inde impleti ira in Moslemos Francorum animi. Marcescente vero ad extremum regni Graeci potestate Constantinopoli et Romae, Franci invalescentes insulas occuparunt, ut Daniam (?) Sardiniam, Majorcam et Siciliam: hinc, debilitato interim Bagdadensi Khalifatu, in Syriam conversi, cum alia multa loca, tum Hierosolymas ceperunt, ibique Ecclesiam magnam templi Moslemici loco condiderunt, Kahiramque obsederunt, sicuti suis nostrorum librorum locis declaravimus. Mox tamen Deus Moslemis auxiliatus est, Francosque bello sacro invasit Sultanus Salahoddinus Yousef ibn Ayoub, donec Hierosolymas aliaque loca illis ademisset. Quae autem adhuc in Syria tenebant, haec insecuti Reges illis eripuerunt. Illi vero, collecta manu, Damyatham obsidione cinxerunt: prima*

في سنة ست وستين وذلك بالقاهرة ونشأ بها نشأة حسنة فحفظ القران وسمع من جده لامه الشمس بن الصايغ الحنفي والبرهان الامدي

---

vice, regnante Al Camelo Mohammede ibn Al Adel Abou Becr ibn Ayoub, altera sub Sultanatu filii illius As Salehi Nedjmoddini Ayoubi; captaque est etiam Corduba a Francis et Valentia et Hispalis. Iidem quoque Tunctum adorti sunt A. 668 (Chr. 1269 — 70). *Gallus autem Franciae rex periit apud Carthaginem: unde res eorum debilitari coeperunt, centroque regni ipsorum in Francia laborante, in varias gentes divulsi sunt; imperioque in praefecturas diviso, Siciliae, Neapolis, Genuae, Sardiniaeque rectores suam quisque provinciam sibi vindicarunt, Regiaque domus eorum primaria ad summam imbecillitatem redacta est. — Narrat Ibn Djabir, in suo Itinerario, Imperatorem Constantinopolitanum morientem reliquisse regnum uxori, quae parvulum filium ex eo susceptum habebat. Affinem vero imperium arripuisse, et occisa muliere, filium carceri mandasse; qui mox a tyranni nato liberatus, post varios casus, in comitatu cujusdam monachi in Siciliam venerit; ubi Rex Guilielmus agnitum magna cura et honore prosecutus sit. Huic autem exuli soror erat pulcra, quam cognatus, qui regnum invaserat, deperibat, nec tamen ducere poterat; quia nuptiae inter propinquos lege Graecorum interdictae sunt. Hunc ergo feminae amor eo perduxit, ut cum illa ad Masoudum Iconiae principem transfugeret. Ibi ambo Islamismum coram Masoudo professi sunt, qui ut hominem tentaret, crucem auream ex igne candentem illius pedibus subjecit . . . . . . Deinde illi cognatam matrimonio junxit, et cum exercitu Moslemico Constantinopolim petiit, eamque occupavit,* 50000 *circiter Graecorum occisis, qua in re ipsi auxilio fuerunt Agrikioun* (Graeci?), *qui inter Graecos Christianosque censentur, odio suo in Constantinopolitanos incensi. Urbem ergo ceperunt Moslemi, quam praeda acta innumerabili, funditus delevit* (?) *Masoudus. Haec autem acciderunt A.* 580 (Chr. 1184 — 5). *Guilielmus igitur Siciliae Rex classem hac de caussa instruxit, ob puerem illum indignatione commotus, ut videri volebat.*

Mohammedis Ibn Djaberi itinerarium A. 578 — 580 (Chr. 1182 — 5) ex Hispania in Africam, Aegyptum Meccamque, profecti, tum per Palaestinam Syriamque Tyrum progressi, et hinc maritimo itinere in Siciliam, deinde in patriam, reversi, exstat in Cod. 1849 (320. 1). Quae hic narrantur, ibi etiam leguntur, sed ampliora p. 213 sq., et vera falsis mixta continent; quod eo minus mirum videri debet, cum haec in Siculo secessu auctor acceperit, incerto rumore illuc perlata. Agitur autem h. l. de morte Manuelis Comneni, et insecuta Andronici tyrannide, tum de fuga Alexii Comneni, Manuelis ex fratre nepotis (qui hic cum Imperatoris filio confunditur), in Siciliam. His admiscentur, sed mirum in modum deformati, Andronici cum Theodora Isaaci Sebastocratoris filia, et Balduini Regis Hierosolymitani vidua, amores, et amborum fuga ad Sultanum Iconii, qui hic Masoud appellatur. At huius nominis Princeps iam obierat A. 550 (Chr. 1155 — 6); haec autem teste Willermo Tyrio Libr. XX initio, coll. Libr. XIX fine, acciderunt A. 1167. Indicare

الامدي والعز بن الكويك والنجم بن الرزين والنجم بن الخشاب والتنوخي وابن ابي الشحنة وابن ابي المجد والبلقيني والعراقي والهيثمي

---

voluit auctor ابن مسعود, i. e. Azzeddinum Kilidj Arslanum, qui tunc regnabat. Reliquis, quae hic narrantur, aut illustrandis, aut refutandis, non immoramur, ne notam jam nimis longam inani disputatione oneremus, et ad ultimum fragmentum pergimus, inscriptum:

الخبر عن الامام الزيدي القايم بصنعا اليمن*

اول من قام منهم الامام يحيي الهادي بن الحسين الزاهد بن ابي محمد القسم الزيدي بن ابرهيم طباطبا بن اسمعيل الديباج بن ابرهيم المغمر بن الحسن المثني بن الامام ابي محمد الحسن بن امير المومنين علي بن ابي طالب ومن شعره

بني حسن انني نهضت بثاركم وثار كتاب الله والحق والسنن
وصيرت نفسي للحوادث عرضة وغبت عن الاخوان والاهل والوطن

وقام بعده ولده المرتضي ثم اضطرب امره وقاتله الناس فقال

كدر الورد علينا بالصدر فعل من بدل حقا وكفر
ايها الامة عودي للهدي ودعي عنك احاديث السمر
عز متني البيض والسمر معا وتبدلت رقادا بسهر
لاجرن (forte لاجرن) علي اعدايننا نار حرب بضرام وشرر

وكان خطيبا شاعرا وذات ملكه وملك بنيه صنعا وهم في منعة منيعة والامام يوم الناس ويخطب بنفسه ويركب في ثلاثة الاف فارس وله عسكرهم كلهم رجالة ولا يخرج احد من رعيته عن امره ولا يشاركه فيما يتميز به وهو متشدد في الديانة واقامة الحق وجميع ايمتهم اهل علم يتوارثونه امام عن امام وهم كثيرون والمشهور منهم المويد بالله والمنصور بالله والمهدي بالله والمطهر يحيي بن حمزة وكان علي عهد المويد داود (بن) يوسف بن عمر بن (علي بن) رسول وكان ابتداء دولتهم في ايام المستضي من بني العباس ولهم دعوة بكيلان يجبون لهم بها الزكوات وشيعتهم كثيرة والايمة لا تحتجب ولا تفخم امرها بل يكون كواحد من رعيته في عامة احواله ويعود المرضي ويصلي علي الجنايز ويشيعها حتي تدفن ورعيته تستسعي بدعايه وبمرور يده علي مرضاهم ويستسقون به اذا اجدبوا وغالب جبال اليمن في مملكته كما ان السواحل اليمنية بيد بني رسول ويتصل بلاد الامام ببلاد السراة الي الطايف الي مكة وهي جبال شامخة ذات عيون علي قري متصلة بها فواكه كثيرة ومزارع متعددة

والهيثمي والفرسيسي وغيرهم بل كان يزعم انه سمع المسلسل علي العماد بن كثير ولا يكاد يصح وحج فسمع بمكة من النشاوري والاسيوطي

متعدده ومواشي لا تحصر كثرة وببلاد الامام حصون منيعة وبلاد مخصبة وقبايل عرب وحلفاء واكراد ولامراء مكة ويتبع* طاعة لهم ويري (ويري dele) وتري شيعته انه مفترض الطاعة لا يعتقد الجماعة والجمعة الا به وبامره وان مرة لم يطعه من اهل الارض كلهم فانه يموت عاصيا وزيه زي العرب في لباسهم والحبك ويقول في اذانه حي علي خير العمل ولا يتعرض هو ولا احد من شيعته سن السلف وهم اهل نجدة وباس وشجاعة وراي الا ان عددهم قايل ولا مال لهم ومكاتبته علي طريقة السلف من فلان امير المومنين وامام الوقت لفلان اما بعد فاني احمد اليك الله الذي لا اله الا هو واعلمك بكذا وكذلك تكتب اليهم الكتب ويبداء فيها باسم الامام ويوصي في كتبه بتقوي الله ويذكر فيها ايات من القران *

DE IMAMO ZEIDITA NARRATIO SANAAE IN YEMANA SEDEM HABENTE.

Ex his Principibus primus regnum suscepit Imamus Yahya Al Hadi ibn Al Hosein Az Zahed ibn Abou Mohammed Al Kasem Az Zeidi ibn Ibrahim Thabathaba ibn Ismail Ad Dibadj ibn Ibrahim Al Magmar ibn Al Hasan Al Motsanni ibn Al Imam Abou Mohammed Al Hasan, qui Alium ibn Abou Thaleb, Fidelium Principem, patrem habuit. Ex illius carminibus haec sunt:

O Hasanidae! surrexi ut vos ulciscerer, librumque Dei et jus legesque,
Induravique animam fortunae objectam, fugiens fratres gentemque sedesque.

Hunc excepit filius Al Mostadhi; cujus a subditis oppugnati res labascere coeperunt, unde dixit:

Tam accessus ad aquam, quam reditus nobis redditur turbidus, opera illius, qui jus pervertit fidemque deserit!
O populares! in viam rectam redite, nocturnaeque concionis sermones omittite!
Graves ictus incutio ensibus simul hastisque, permutavique somnum cum vigilia,
Ut in hostes meos ignem belli accenderem cum ardore scintillisque.

Fuit Orator et poëta, regnique caput ipse et posteri habebant Sanaam, munitissimis locis imperium tuentes. Imamus populo preces praeit publicas, et sacram ipse concionem habet. Tribus equitum millibus stipatur; reliquus omnis exercitus est peditum. Subditorum nemo aut obsequium exuere, aut praerogativam invadere tentat, qua Imamus ab aliis distinguitur. Est autem in religionis observantia tuendaque justitia firmus: omnesque Imami, quorum magnus est numerus, viri docti fuerunt; eruditione, veluti hereditario jure, ab uno ad alterum translata. Imprimis inclaruerunt Al Mowayyed Billah, Al Mansour Billah, Al Mohdi Billah, Al Mothahher Yahya ibn Hamza. Al Mowayyedi aetate fuit

والاميوطي والشمس بن سكر وابي الفضل النويري القاضي وسعد الدين
الاسفرايني وابي العباس بن عبد المعطي وجماعة واجاز له الاسنوي
والاذرعي وابو البقاء السبكي وعلي بن يوسف الزرندي واخرون ومن
الشام

---

fuit Daoud ibn Yousef ibn Omar ibn Ali ibn Rasoul. Imperii vero Imamici initia incidunt in Khalifatus Al Mostadhii Abbasidae tempora. Etiam in provincia Gilan reperiuntur, qui homines ad hos Imamos agnoscendos urgeant, et eleëmosynas illis istic locorum colligant. Imamus autem multos habet sectatores. Ab hominum tamen consortio se minime abduci patitur, neque aliquam majestatis speciem affectat; sed in rerum suarum plerisque privatam vitae rationem sequitur, aegrotos visitans, ad feretra preces fundens, defunctosque prosequens ad sepulturam elatos: flagitantque subditi, ut se precum intercessione dignetur, manuque tangat aegrotos, et annonae caritate laborantes, eo ministro pluviam expetunt. Plerique montes Yemanae ejus regno continentur, sicut litoralis regio Rasoulidis paret. Imami provinciae contiguae sunt regioni Saraat Tayefum usque et Meccam; montesque habent altissimos fontibus continuisque vicis plenos, ubi fructus sunt plurimi, agrique ad culturam parati, et greges copia innumerabiles. In ditione Imami multae sunt arces munitae; terraeque feraces, tribusque Arabum, item foederatorum (?) et Curdorum. Meccae Emiri huic Imamo parent (?) cujus secta hoc lege sibi impositum putat, ut ipsi obsequatur. Caeteroquin neque fidei orthodoxae, neque Diei Veneris observatione tenetur, nisi quatenus ille jusserit. Si quando ex illius regionis incolis obsequium aliquis detrectaverit, ut rebellis capitis supplicio afficitur. Habitum Arabum in vestitus forma et textura Imamus sequitur. In precibus publicis indicendis (Alidarum) *formulam usurpat: Age ad opus optimum; nec tamen aut ipse aut sectatorum aliquis consuetudini refragatur antiquae. Sunt autem illi homines animosi fortesque, et strenui atque prudentes, quamvis pauci numero, opibusque destituti. Literas more veteri scribere solet: Ab N. N. Principe fidelium et hujus temporis Imamo, ad N. N. Quod ad rem spectat. Equidem laudo tibi Deum, praeter quem nullus Deus exstat, et talis rei te certiorem facio. Eadem ratione illis quoque responderi solet. In fronte literarum ponitur: In nomine Imami: in ipsis vero epistolis religionis studium commendat, laudatque subinde versus Coranicos.*

In hoc fragmento, uti in superioribus, nonnulla sunt, de quorum vera lectione adeoque interpretatione dubitemus. Ex versiculis autem, quos hic descripsimus vertimusque, priores ad speciem primam pertinent, posteriores ad speciem octavam (Jones. *de P. A.* p. 47. Cleric. *P. A.* C. XIII.), eorumque schema hoc est:

— ᴗ — —	ᴗ ᴗ — —	— ᴗ —	— ᴗ — ᴗ̄	ᴗ ᴗ — —	ᴗ ᴗ —
ᴗ ᴗ — —	— ᴗ — —	ᴗ ᴗ —	ᴗ ᴗ — —		— ᴗ —

الشام الحافظ ابو بكر بن المحب وابو العباس بن العز وناصر الدين محمد بن محمد بن داود وطايفة واشتغل كثيرا وطاف علي الشيوخ ولقي الكبار وجالس الكبار (الايمة recte (518) MS. 1876) فاخذ عنهم وتفقه حنفيا علي مذهب جده لامه وحفظ مختصرا فيه لما (? ولما an) ترعرع وذلك بعد والده في سنة ست وثمانين وهو حينين قد جاز العشرين تحول شافعيا واستقر عليه امره لكنه كان مايلا الي الظاهر ولذلك قال شيخنا انه احب الحديث فواظب علي ذلك حتي كان يتهم بمذهب ابن حزم ولكنه كان لا يعرفه انتهي هذا مع كون والده وجدّه حنبليين ونظر في عدة فنون وشارك في الفضايل وكتب بخطه الكثير وانتقي وقال الشعر والنثر وحصّل وافاد وناب في الحكم وكتب التوقيع وولي الحسبة بالقاهرة غير مرة اولها في سنة احدي وثماني ماية والخطابة بجامع عمر (.l عمرو) وبمدرسة حسن والامامة بجامع الحاكم ونظره وقراة الحديث بالمويدية عوضا عن المحب بن نصر الله حين استقراره في تدريس الحنابلة بها وغير ذلك وحمدت سيرته في مباشراته وكان قد اتصل بالظاهر برقوق ودخل دمشق مع ولده الناصر في سنة عشر وعاد معه وعُرض عليه قضاوها مرارا فابي وصحب يشبك الدوادار وقتا ونالته منه دنيا بل يقال انه اودع عنده نقدا وحج غير مرة وجاور وكذا دخل دمشق مرارا وتولي بها نظر وقف القلانسي والبيمارستان النوري مع شرط كون نظره لقاضيها الشافعي وتدريس الاشرفية والاقبالية وغيرها ثم اعرض عن ذلك واقام ببلده عاكفا علي الاشتغال بالتاريخ حتي اشتهر به ذكره وبعد به فيه صيته وصارت له فيه

فيه جملة تصانيف كالخطط للقاهرة وهو مفيد لكونه ظفر بمسوّدة
الاوحدي كما سبق في ترجمته فاخذها وزادها زوايد غير طايلة
ودرر العقود الفريدة في تراجيم الاعيان المفيدة ذكر فيه من عاصره
وامتاع الاسماع بما للرسول من الانباء والاحوال والحفدة والمتاع وكان
يحب ان يكتب بمكة ويحدث به فتيسر له ذلك والمدخل له وعقد
جواهر الاسفاط في ملوك مصر والفسطاط والبيان والاعراب عما في ارض مصر
من الاعراب والالمام في تاخر (اخبار .1) من بارض الحبشة من ملوك الاسلام
والطرفة الغريبة في اخبار وادي حضرموت العجيبة ومعرفة ما يجب لآل
البيت النبوي من الحق علي من عداهم وايقاظ الحنفاء باخبار الايمة
الفاطميين الخلفاء والسلوك بمعرفة دول الملوك يشتمل علي الحوادث
الي وفاته والتاريخ الكبير المقفي وهو في ستة عشر مجلدا وكان
يقول انه لو كمل علي ما يرومه لجاوز الثمانين والاخبار عن الاعذار
والاشارة والكلام ببناء الكعبة البيت الحرام ومختصره وذكر من حجّ
من الملوك والخلفاء والتخاصم بين بني امّية وبين بني هاشم وشذور
العقود وضوء الساري في معرفة خبر تميم الداري والاوزان والاكيال
الشرعية وازالة التعب والعناء في معرفة الحال في الغناء وحصول
الانعام والمير في سوال خاتمة الخير والمقاصد السنية في معرفة الاجسام
المعدنية وتجريد التوحيد ومجمع الفرايد ومنبع الفوايد يشتمل علي
علميّ العقل والنقل المحتوي علي فنيّ الجد والهزل بلغت مجلداته
نحو الماية وما شاهده وسمعه مما لم ينقل في كتاب وشارع النجاة
يشتمل علي جميع ما اختلفت فيه البشر من اصول دياناتهم وفروعها

مع بيان ادلتها وتوجيه الحق منها والاشارة والايماء التي حل لغز الماء وهو ظريف وغير ذلك وقرض سيرة المويد لابن ناهض وقد قرات بخطه ان تصانيفه زادت علي مايتي مجلدة كبار وان شيوخه بلغت ستماية نفس وكان حسن المذاكرة بالتاريخ لكنه قليل المعرفة بالمتقدمين ولذلك يكثر له فيهم وقوع التحريف والسقط وربما صحف في المتون وربما رايته بخطه في ذلك بن (ابن .l) البدر وهو بفتح الموحدة والدال المهملة فضبطه بخطه بالبُدن وعلي بن منصور الكرجي شيخ السلفي وهو بالجيم فضبطه بالخاء المعجمة وكثيرا ما يجعل عبد الله عبيد الله وعكسه بل وبلغني انه جعل ابا طاهر بن محمش راوي الحديث المسلسل بالاولية حيث حدث به بالخاء المعجمة بدل المهملة واما في المتاخرين فقد انفرد في تراجمهم بما لا يوافق عليه كقوله في ابن الملقن انه كان يسيء الصلاة جدا وكان مع ذلك يكثر الاعتماد علي من لا يوثق مَن غير عزو اليه حتي فعل ذلك في نسبه فان مستنده في كونه من العبيديين كونه دخل مع والده جامع الحاكم فقال له يا ولدي هذا جامع جدّك لا سيما وما قاله بن (ابن .l) رافع في نسبة عبد القادر جده انصاريا يخدش في هذا وان توقف صاحب الترجمة فيه لكنه مع ذلك لم يكن يتجاوز في تصانيفه في سياق نسبه عبد الصمد بن تميم وان اظهر زيادات علي ذلك فلمن يثق به ثم رايت ما يدل علي انه اعتمد في هذه النسبة الفرّياني المشهور بالكذب والله اعلم ومن يصف من يكون كذلك بالحافظ مريد الاصلاح فقد جازف وما احسن قول بعضهم مما في بعضه

بعضه ذوقف وكان كثير الاستحضار للوقايع القديمة في الجاهلية وغيرها واما الوقايع الاسلامية ومعرفة الرجال واسمايهم والجرح والتعديل والمراتب والسير وغير ذلك من اسرار التاريخ ومحاسنه فغير ماهر فيه وكانت له معرفة قليلة بالفقه والحديث والنحو واطلاع علي اقوال السلف والمام بمذهب اهل الكتاب حتي كان يتردد اليه افاضلهم للاستفادة منه مع حسن الخلق وكرم العهد وكثرة التواضع وعلو الهمة لمن يقصده والمحبة في المذاكرة والمداومة علي التهجد والاوراد وحسن الصلاة ومزيد الطمانينة فيها والملازمة لبيته (حتي ان بعض الروساء فيما بلغني عتبه علي انقطاعه عنه فانشد قول غيره

قالت الارنب اللفون كلاما فيه ذكري لتفهم الالباب

انا اجري من الكلاب ولكن خير يومي ان لا تراني الكلاب

ولو انشده قول ابن المبارك

قد ارحنا واسترحنا من غدو ورواح

واتصال بلئيم او كريم ذي سماح

بعفاف وكفاف وقنوع وصلاح

وجعلنا الياس مفتاحا لابواب النجاح

لكان احسن) والخبرة بالزايرجة والاضطراب (والاصطرلاب .1) والرمل والميقات بحيث انه اخذ لابن خلدون طالعا والتمس منه تعيين وقت ولايته فيقال انه عين له يوما وكان كذلك وعد من النوادر كل ذلك مع تبجيل الاكابر له اما مداراة له خوفا من قلمه او لحسن مذاكرته وقد حدث ببعض تصانيفه ومروياته بمكة والقاهرة سمع منه الفضلاء واخبر انه

سمع

سمع فضل الخيل للدمياطي علي ابي طلحة الحراوي مرتين فاعتمدوا اخباره بذلك وقري عليه غير مرة بل كتب بخطه قبيل موته بسنة انه لا يعلم من يشاركه في روايته ورايت بخط صاحبنا النجم بن فهد انه حضره في الرابعة علي الحراوي وما علمت مستنده في ذلك وقد ترجمه شيخنا في معجمه بقوله وله النظم الفايق والنثر الرايق والتصانيف الباهرة خصوصا في تاريخ القاهرة فانه احيي معالمها واوضح مجاهلها وجدد ماثرها وترجم اعيانها ولكنه لم (لا 1.) تبالغ في اثباته لهذا الحد بل قال واولع بالتاريخ فجمع منه شيا كثيرا وصنف فيه كتبا وكان لكثرة ولعه به يحفظ كثيرا منه قال وكان حسن الصحبة حلو المحاضرة وقال العيني كان مشتغلا بكتابة التواريخ ويضرب بالرمل تولي الحسبة بالقاهرة في اخر ايام الظاهر يعني برقوق ثم عزل بمسطرة ثم تولي مرة اخري في ايام الدوادار الكبير سودون بن اخت الظاهر عوضا عن مسطرة بحكم ان مسطرة عزل نفسه بسبب ظلم سودون المذكور قال بن (ابن) خطيب الناصرية في ترجمة جده وهو جد الامام الفاضل المؤرخ تقي الدين وقال غيره جمع كتابا فيما شاهده وسمعه مما لم ينقله من كتاب ومن عجب ما فيه انه كان في رمضان سنة احدي وتسعين مارّا في بين القصرين فسمع العوام يتحدثون ان الظاهر برقوق خرج من سجنه بالكرك واجتمع عليه الناس قال فضبطت ذلك اليوم فكان كذلك ومن شعره في دمياط

سقا عهد دمياط وحياه من عهدي فقد زادني ذكراه وجدا علي وجدي
ولا زالت الانواء تسقي بسحابها ديارا حكت من حسنها جنة الخلد

وهي

وهي اكثر من عشرين بيتا مات في عصر يوم الخميس سادس عشر
رمضان سنة خمس واربعين بالقاهرة بعد مرض طويل وذلك على ما
قاله شيخنا تكملة ثمانين سنة من عمره ودفن يوم الجمعة قبل الصلاة
بحوش الصوفية البيبرسية رحمه الله ۞

Ahmed ibn Ali ibn Abd Al Kader ibn Mohammed ibn Ibrahim ibn Mohammed ibn Temim ibn Abd As Samad ibn Aboul Hasan ibn Abd As Samad ibn Takioddin Aboul Abbas ibn Al Ala ibn Al Mahbawi, Hoseinida, Obeidita, ex Baalbeco oriundus, Kahirensis, nepos Ibn As Salahi, notus nomine Ibn Al Makrizii. Hoc autem nomen gentile est, derivatum a vico Baalbeci, qui Makarezah appellatur. Majores ea in urbe degerant, in his avus (651), *qui inter principes traditionis auctores censetur. Hujus filius Kahiram migravit, ibique nonnulla munia obire, cum Kadhii officio conjuncta, et epistolis publicis signum ordinarium adscribere solebat. Is generosum istum Al Makrizium, de quo nunc agimus, procreavit, idque, quemadmodum filius ipse tradidit, manuque sua scriptum reliquit, post Annum* 760 (Chr. 1358—9). *Doctor autem noster ait se vidisse Al Makrizii autographum, quo A.* 766 (Chr. 1364—5) *sibi natalem fuisse designaverat Kahirae; ubi egregiam quoque institutionem accepit, Coranumque memoriter didicit, et avum maternum Schamsoddinum Ibn As Sayeg Hanefitam* (652) *audivit,*

(651) Videtur hic avus Makrizii paternus Abd Al Kaderus indicari, licet de illius viri inter traditionarios celebritate equidem nihil reperire possim. An hic ab Ibn As Salaho, cujus *Sebth* sive nepos Makrizius hic appellatur, differat, nescio; cum *Sebth* etiam, latiore sensu, de posterorum aliquo sumi possit: hoc vero scio Ibn As Salah Bedroddini, forte a nostro non diversi, vitam descriptam fuisse ab Abdorrahmano As Sekhawio, in ea operis sui Biographici parte, quae in MS. Leydensi desideratur, ut Epitomatoris Ahmedis eo provocantis testimonio novimus. Cf. MS. 1876 (518) p 248.

(652) Ibn As Sayegi proprium nomen fuit Mohammed ibn Abdorrahman. Brevem viri notitiam in sua *Doctorum Hanefiticorum historia* praebet Al Kasem ibn Kotlou Boga MS. 1884 (772) p. 75, quam quia paucis verbis multa continet, hic obiter edidimus: محمد بن عبد الرحمن بن علي بن ابي الحسن الرومي المعروف بشمس الدين ابي (ابن .l) الصايع سمع الحديث بمصر والشام وبرع

vit, *uti et Borhanoddinum Amidensem*, *Azzeddinum ibn Al Cawik*; *Nadjmoddinos duos*, *alterum ibn Razin*, *alterum ibn Al Khaschab*, *Tanoukhitam*, *Ibn Abou Schaikham*, *Ibn Aboul Madjdum*, *Bolkainensem denique et Irakensem*, *Haitsamium*, *Farsisium aliosque* (653). *Sunt*, *qui putent eum audivisse Omadoddinum ibn Al Catsir traditionis ca-*

ويرع ودرس وافاد وصنف فاجاد فمن ذلك التعليق في المسايل الرقيقة ومجمع الفرايد ومنبع الفوايد سبع عشرة مجلدة والمباني في المعاني والمنهج القويم في قواعد تتعلق بالقران العظيم وشرح الفية ابن مالك وشرح مشارق الانوار وشرح البردة وكتاب الثمر الجني في الادب السني وغير ذلك توفي يوم الثلثاء الثاني عشر من شعبان المكرم سنة سبع وسبعين وسبعماية. *Mohammed ibn Abdorrahman ibn Ali ibn Aboul Hasan Rumaeus*, *cogn. Schemsoddin Ibn As Sayeg*, *audivit traditionem in Aegypto et Syria. Excelluit scientia aliosque docuit*, (discipulisque) *multum profuit*, *librosque scripsit egregios*, *in quibus numerantur Scholia in quaestiones subtiles*; *Collectio rerum singularium et fons utilium*, *septemdecim voluminibus*; *Constructiones ad* (explicandas) *significationes*; *Via regia et recta ad doctrinas fundamentales*, *quae Corano magno continentur*; *Commentarius in Alfiam Ibn Maleci*; *Alius in Ortus luminum* (cf. n. 619); *Alius in Bordam*; *Liber fructus decerpti ex doctrina Sonnae etc. Decessit feria tertia*, *duodecimo die mensis Schabani A. 777* (Chr. 1375—6). In tempore mortis definiendo consentit Ibn Kotlou Bogae Aboul Mahasenus, ei praenomen tribuens Abou Abdolla, Sectamque Hanefiticam, qua in re sibi adstipulantem habet Ibn Habibum. Hic vero Ibn As Sayegum A. 776 Kahirae, septuagenario majorem, decessisse affirmat; quod etiam facit Herbel. v. *Saieg.*, qui tamen nostrum Hanbalitam vocat, auctoremque libri اخبار الهموم في اجتماع العلوم inscripti. Hunc titulum non habet Hadji Khalifa, sed in v. احكام الراي في احكام الاي, Ibn Sayegum nostrum, eo etiam teste A. 776 defunctum, item Hanbalitam appellat, quamvis librarius in nota marginali eundem Hanefitam fuisse dicit, advocans Al Temimi, in libro *Thabakaat* sive *Classes* inscripto, auctoritatem. At regnat omnino inexplicabilis hac in re apud Hadji Khalifam confusio. Si enim titulos librorum, nostro ab Al Kasemo ibn Kotlou Boga adscriptorum, in illius Lexico Bibliographico quaeras, videbis Ibn As Sayegum saepius haud diversum haberi ab Aboul Baracato Abdorrahmano ibn Mohammed (vel etiam Mohammede ibn Abdorrahman,) ibn Az Zomroudi Hanbalita (qui alio loco obiisse dicitur A. 776 (Chr. 1374—5), alio A. 714 (Chr. 1314—5), alio denique A. 954 (Chr. 1547—8)); hic Halebensem, illic Mausalensem appellari; nonnumquam tamen distingui ab Aboul Baracato, sed ita tamen, ut nunc ad Hanefitas nunc ad Hanbalitas referatur.

(653) Ex Al Makrizii praeceptoribus, qui hic laudantur, alios ab historiae literariae scriptoribus memoratos esse reperi, de aliis, qui obscurioris famae esse videntur, nihil hucusque mihi innotuit. Ad priorem classem primo loco referendus est Borhanoddinus Amidensis, qui, proprio no-

catenam explicantem, quod verum esse nequit (654). *Absens in peregrinatione sacra Meccae audivit Nischawarium, Amyouthensem, Schemsoddinum ibn Succar, Aboul Fadhlum Nowairium Judicem, Saâdoddinum Isfarainensem, item Aboul Abbasum ibn Abd Al Môthi aliosque multos* (655). *Docendi licentiam, dato diplomate, fecerunt Al Ma-*

---

nomine dictus Ibrahim, Damascenus fuit natu, Amidenus origine, et, teste Aboul Mahaseno, A. 797 (Chr. 1394—5) decessit. — Sequitur Azzeddin ibn Al Cawik, alias Aboul Yemin Mohammed ibn Seradjeddin Abdollathif, Aegyptius, Schafeita et traditionarius, qui obiit A. 790 (Chr. 1388), aetatis circiter 80, Kahirae, teste Ibn Habibo p. 668, quamvis Aboul Mahasenus ejusdem plane nominis cognominisque virum, nisi quod titulus Azzeddin absit, obiisse dicat A. 821 (Chr. 1418—9). — Nadjmoddinus ibn Al Khaschab (nam alterum Ibn Razin, una cum Ibn Aboul Madjdo et Farsisio plane ignoro), ibn Al Khaschab igitur, est forte Alius ibn Al Khaschab, cujus filius Schemsoddin Schafeita memoratur ab Aboul Mahaseno ad A. 789 (Chr. 1387—8). — Al Tanoukhi fortasse cognomen est Alaeddini Aboul Hasani Alii Hanbalitae, qui Judex Damasci factus est A. 793 (Chr. 1390—1). Cf. Ibn Habib p. 687. Ibn Abou Scheikhah haud scio an non differat a Zeinoddino Aboul Faradj Abdorrahmano ibn Ahmed, cogn. Ibn Scheikhah, mortuo A. 799 (Chr. 1396—7), ut Aboul Mahasenus testatur. — Bolkaini (بُلْقِينِى, ut scribitur apud Hadji Khal. v. اسولة في فنون العلوم. Cf. tamen de Sacy, *Tabl. detaillé des Lieux*, p. 636. n. 130), cognomen est a Bolkaineh, inferioris Aegypti oppido, repetitum, et cum aliis proprium est, tum Schafeitae Seradjeddino Abou Hafso Omaro ibn Raslan ibn Nasir, qui natus A. 724 (Chr. 1324), decessit Kahirae A. 805 (Chr. 1402—3), et in collegio a se exstructo sepultus est. Abdorrahman As Sekhawi T. I. p. 266 sqq., Aboul Mahasen ad A. 805. — Irakensis, teste Aboul Mahaseno, est Zeinoddin Abdorrahim ibn Al Hosein Schafeita, natus A. 725 (Chr. 1324—5), defunctus A. 806 (Chr. 1403—4). — Haitsamii verum nomen quale fuerit definire non ausim. Herb. v. *Haithemi* illud Ibn Hadjri cognomen fuisse dicit, quod confirmatur ab Hadji Khalifa, v. الاعلام بقواطع الاسلام, qui tamen nullam addidit aetatis notam. Plures sunt Ibn Hadjri, quorum qui solus huc pertinere potest, supra a nobis memoratus n. 645, Makrizio nostro paullo est aetate inferior, adeoque inter ejus doctores referendus non videtur. Quidquid sit, Haitsami dictus est ab هيثم, loco quodam, teste Lexico Geographico, in via Meccae sito, inter Zabala (زبالة) et Alkaâ (القاع), a quo sex milliaria distat, piscina et palatio matris Djafari memorabili.

(654) Omadoddin ibn Al Catsir pp. appellatur Aboulfeda Ismaël ibn Al Khatib Schehaboddin Abou Hafs Omar ibn Câtsir Koraischita. Fuit doctor sectae Schafeiticae, decessitque A. 774 (Chr. 1372—3). Cf. Ibn Habib p. 589.

(655) Ex viris doctis Meccanis, qui hic memorantur, noti mihi sunt sequentes. 1. Djemaloddinus Ibrahim ibn Mohammed Al Amyouthi, sic dictus ab Amyouth, oppido provinciae Aegypti Al Garbiyyeh. Cf. de Sacy *Tableau detaillé des Lieux* etc. p. 635. n. 101. Fuit Schafeita decessitque Meccae A. 790 (Chr. 1388) ut testatur Aboul Mahasenus. — 2. Aboul Fadhl Mohammed Kemaleddin

ibn

Makrizio Isnawius, Adsraïus, Aboul Bakaa As Sebekius, Alius ibn Yousef Az Zerendius (656) *etc. item ex Syriacis doctoribus Al Hafedh Abou Becr ibn Mohibboddin, Aboul Abbas ibn Azzeddin, Nasiroddin Mohammed ibn Mohammed ibn Daoud, aliique multi. Plurimam autem in studiis operam collocabat Al Makrizius; circuibat doctores, virosque principes conveniebat, assidebatque Imamis, a quibus multum didicit. In Jure secutus est sectam Hanifaeorum, sicut avus maternus fecerat, et illius doctrinae compendium memoriae mandavit. Post mortem patris vero A.* 786 (Chr. 1384—5), *viginti annorum adolescens ad Schafeiticam sectam transiit, in eaque disciplina constanter perseveravit, favens tamen nonnihil haeresi Dhaheriticae* (657). *Hinc Doctor noster af-*

---

ibn Schehaboddin Aboul Abbas Ahmed Nowairius, Schafeita et traditionarius, Meccanusque Judex, decessit A. 786 (Chr. 1384—5) Ibn Habib p. 652 sq. Quamvis huc etiam pertinere potest Concionator Meccanus ejusdem nominis, cogn. Mohibboddinus, cujus mortem retulit Aboul Mahasen ad A. 827 (Chr. 1423—4). — 3. Saädoddinus Isfarainensis, cujus verum nomen ignoro. Hic ab Herbelotio memoratur v. *Esfaraini* et *Zobdat alaamal*, qui titulus est epitomes ab eo auctore, A. 762 (Chr. 1360—1), in urbe Mecca excerptae, ex ampliore opere Aboul Walidi Mohammedis ibn Abd Al Kerim Al Azraki, A. 223 (Chr. 837—8) defuncti. Testis est Hadji Khalifa, v. زبدة الاعمال et تواريخ مكة, quem perperam excerpsit Herbel. ll. ll.

(656) De Isnawio breviter egimus n. 623, nec aliquid hic de eo addendum habemus, praeter Herbelotii locum v. *Asna.* — Adsraï cognomen est Imami Schehaboddini Aboul Abbasi Ahmedis ibn Abd Al Wahed, Schafeitae, auctoris Commentarii in Menhadj Mohyeddini Nawitae, defuncti in urbe Halebo A. 783 (Chr. 1381—2) aetatis 75. Ibn Habib p. 636. — Bohaeddin Aboul Bakaa Mohammed As Sebeki ibn Schedidoddin Abou Mohammed Abd Al Barr, Ansarius, Schafeita et Judex Damascenus, decessit, teste Ibn Habibo p. 604, A. 777 (Chr. 1375—6) aetatis 70. — Noureddin Aboul Abbas Ali ibn Yousef Az Zerendi (cf. Herb. v. *Zerend*), natus et educatus Medinae, Sectae Haneficiticae adhaesit, et, ad conquirendam doctrinae copiam peregre profectus, obiit sexagenario major in urbe patria A. 772 (Chr. 1370—1). Ibn Habib p. 580. Aboul Mahasen. — Ex Doctoribus Syriacis solus mihi notus est Nasiroddin Mohammed ibn Mohammed, quem potius Halebensem esse censeo, Judicem patriae urbis summum, ab Ibn Habibo ad A. 792 (Chr. 1389—90) memoratum, quam alterum summum sectae Schafeiticae per Aegyptum Judicem, cogn. As Salehi, mortuum, auctore Aboul Mahaseno, A. 806 (Chr. 1403—4). Hic enim Aegyptius fuisse videtur.

(657) Rem obscuram explicare conatus est Vir Ill. de Sacy C. A. T. II. p. 423, مذهب الظاهر reddens: *la doctrine de ceux qui attachent beaucoup de mérite aux pratiques exterieures.* Nos vocem intactam reliquimus, cum non satis perspectum habeamus, quomodo illa definitio respon-

affirmat eum traditionis amantissimum fuisse, eique studio adeo incubuisse, ut in sectam Ibn Hazemi (quam tamen ipsi ignotam fuisse constat,) inclinare existimaretur. Pater autem et avus Hanbaliticae faverant disciplinae. Ipse in multas doctrinarum partes accuratius inspexerat, artiumque sibi comparaverat notitiam. Multa sua manu scripsit excerpsitque, disserens et prosa et carmine, et (plurimis) *colligendis magnam* (ex studio) *utilitatem percipiens. In judiciis nonnumquam Kadhii vicarius fuit, actis publicis signum adscripsit, et annonae praefecturam* (658) *Kahirae iterum iterumque gessit; idque prima vice A.* 801 (Chr. 1398—9). *Implevit inter alia etiam munus concionatoris in templo Amroui* (659) *et collegio Hasanico, et Imami Inspectorisque in templo Al Hakemi, item Traditionum Doctoris in Lyceo Mowayyedico* (660), *suffectus Mo-*

---

spondere possit traditionis studio vehementiori, quod, uti ex sequentibus apparet, cum illo مذهب الظاهر necessario erat conjunctum. In proximis etiam ob rerum ignorantiam haeremus. Neque enim verum nomen, patriam, aetatem, aut doctrinam illius Ibn Hazemi, qui statim sequitur, reperire potuimus.

(658) الحسبة. Praefectus annonae dicitur محتسب. De illius muneris natura et officiis consule Chardinum *Voyages* T. X. p. 3. *edit. noviss.*, Sacyum C. A. T. II. p. 269. n. 32. ibique laudatum libellum Makrizianum de nummis Moslemicis p. 51. n. 97.

(659) Cum nullum templum Moslemicum جامع عمر appellatum, in amplissimo horum aedificiorum Catalogo, apud Makrizium memoretur, hic جامع عمرو, quod omnium templorum hujus generis in Aegypto antiquissimum est, designari constat. Traxit nomen a conditore suo, celeberrimo duce Amrouo ibn Al As, qui illud A. 21 (Chr. 641—2), post Aegyptum in potestatem redactam, exstruxit. Cf. Makrizius MS. 1782 (276) p. 726 sq. MS. 1784 (372) T. III. p. 60 sqq., quo teste etiam الجامع العتيق et تاج الجوامع appellatur. Cf. Reisk. ad Abulf. T. II. p. 777. n. 380.

(660) E tribus aedificiis, quae hic memorantur, medium notissimum est, quod ab Al Hakemo Beëmrillah Khalifa Fathemidico A. 403 (Chr. 1012—3) perfectum, et ab ejus nomine dictum est جامع الحاكم. Inchoaverat opus pater ejus et decessor Al Aziz Billah A. 380 (Chr. 990—1), in eoque templo anno sequente sacram concionem habuerat, unde جامع الخطبة ab initio dictum est; postea etiam ob lucernarum et candelabrorum multitudinem الجامع الانور audiebat. Caeterum extra باب الفتوح sive *portam expugnationum* situm erat. MSS. 1782 (276) p. 755 sqq. MS. 1784 (372) T. III. p. 105 sqq. — Collegium Hasanicum ex Ibn Habibo p. 491 novimus aedificatum esse A. 758 (Chr. 1356—7), a Sultano Al Maleco An Nasero Hasano ibn Al Malec An Naser Mohammed ibn Kelaoun, qui regnavit A. 755—762 (Chr. 1354—1361). Situm erat infra Castellum Montanum in Romei-

 la

Mohibboddino ibn Nasrallah, ad docendam in eadem schola disciplinam Hanbaliticam vocato (661). *In negotiis tractandis ejus magnopere laudatur integritas. Coluerat* (Sultanum) *Adh Dhaherum Barkoukum, et in filii ipsius An Naseri comitatu* (662). *A.* 810 (Chr. 1407 — 8) *Damascum venit, qua in urbe ipsi semel iterumque Judicis munus oblatum est recusanti. Adhaesit etiam Taschbeco Dawadario* (sive atramentarii prae-

---

la, et, praeter templum amplissimum, quatuor collegia totidem sectis orthodoxis, ut videtur, destinata, continebat; ut haud immerito de eo Sultano dixerit V. C. De Guignes *Hist. des Huns*, T. IV. L. XXI. p. 231, *Il fit bâtir au Caire le plus superbe Collège, qu'il y ait eu parmi les Musulmans.* Mox tamen illam Hasani substructionem omnem veterem splendorem amisisse apparet, ex quo nova Circassiorum Dynastia Aegyptum occupaverat. Nam A. 793 (Chr. 1390 — 1) Al Malec Adh Dhaher Barkouk, vix ferens hujus Collegii vicinitatem, unde rebelles Emiri, tamquam ex castello, palatium Montanum oppugnare poterant, gradus, quibus in summas turres adscendebatur, dirui, portamque aeream claudi jussit, quam postea una cum lucerna templi aenea, quingentis aureis redemtam, ad novum suum Lyceum, quod h. l. المويدية appellatur, exornandum Sultanus adhibuit Al Malec Al Mowayyed Abou Nasr Scheikh Al Mahmoudi Aegypti Rex ab A. 815—824 (Chr. 1412—1421), quod A. 818 (Chr. 1415 — 6) juxta portam Zoweileh exstrui coepit. Cf. Makrizius MS. 1782 (276) p. 793. v. الجامع الناصري حسن, coll. p. 804. v. الجامع المويدي et MS. 1784 (372) T. III. p. 158, 173. Quantae autem molis Collegium illud Hasanicum fuerit, ex porticus fornice intelligi potest, qui 65 cubitos latus et altus erat, adeoque ex Makrizii sententia celebratissimum illud ايوان كسري quinque cubitos superabat.

(661) Qui hic nominatur sectae Hanbaliticae doctor, summus Aegypti Judex, pleno nomine vocatur Mohibboddin Ahmed ibn Djelaleddin Nasrallah ibn Ahmed Al Bagdadi, et decessit A. 844 (Chr. 1440 — 1), teste Aboul Mahaseno. Addit Ibn Ayas in *Historia Mamluchorum Circassiorum* MS. 1806 (367) ad h. a., natum esse Mohibboddinum A. 765 (Chr. 1363 — 4).

(662) Designatur h. l. Al Malec An Naser Zeineddin Abous Saadat Faradj, Barkouki filius, qui bis regnavit: primum A. 801 — 808 (Chr. 1398 — 1406), dein per dies 70 regno amotus, hinc restitutus, iterum imperavit ad A. 815 (Chr. 1412 — 3), donec potestate privaretur a successore Scheikho Al Mahmoudio, quem identidem rebellantem per complures annos continuerat. Hunc igitur Sultanum, cum A. 810 sexta vice adversus rebelles ex Aegypto in Syriam moveret, comitatus est Makrizius. Cf. De Guignes *Hist. des Huns*, T. IV. Liv. XXII. p. 277 — 308 et imprimis p. 305. Inter Emiros, qui, eo regnante, potentissimi fuerunt, et Principis obsequium detrectarunt, fuit etiam Yaschbecus, ab eo, qui in textu laudatur, forte non diversus, cujus depositum tanto facilius retinere potuit Makrizius, quod rebellis in praelio apud Baalbecum periit A. 810 (Chr. 1407 — 8). Cf. De Guignes l. l. p. 278 — 300.

praefecto), *per aliquod tempus; qua ex consuetudine magnas sibi facultates acquisivit: licet alii illas ortas esse existiment ex deposito, quod Taschbecus ipsius fidei commisisset. Peregrinatione sacra saepius functus et religionis ergo Meccae versatus est, adiitque aliquoties Damascum, ibique Legati Al Kalansii et Nosocomii Nouroddini* (663) *curator fuit: quamvis ex* (conditoris) *lege illa administratio ad eum pertineret, qui Judicis Sectae Schafeiticae munus Damasci gereret. Ibidem quoque inter alia Lycei Aschrafitici et Ikbalitici professor fuit. Mox tamen his relictis in urbe patria sedem fixit, elaborandae historiae deditus, ita ut nomen ejus inclaresceret, et praeclaram studio suo in hoc disciplinarum genere sibi famam pararet* (664). *Multos enim libros scripsit hi-*

(663) Al Kalansi vel Ibn Al Kalansi cognomen est Aminoddini Abou Abdollae Mohammedis ibn Djemaloddin Aboul Abbas Ahmed, Temimitae, Damasceni, Schafeitae, qui Damasci aerario praefectus publico, dein tribunali militari, tum τῷ ديوان الانشاء, ad extremum obiit in urbe natali A. 764 (Chr. 1362—3) aetatis 63. Cf. Ibn Habib p. 503 et 527. Nouroddini, sive Al Maleci Al Adeli Mahmoudi ibn Zengi Atabeci Damasceni, nosocomium memoratur etiam ab Ibn Khalicano in ejus vita n. 725. Cod. P. T. III. p. 5. Cod. L. T. II. p. 418. Ampliorem ejus aedificii notitiam debemus operi inscripto كتاب الروضتين في اخبار الدولتين, sive *Historiae rerum gestarum Nouroddini et Salahoddini*, a Schehaboddino Abou Mohammede Abdorrahmano ibn Ismael Hierosolymitano Schafeita, conscriptae, cujus Tomum primum non, uti in Catalogo legitur, ad A. 560 (Chr. 1164—5), sed ad A. 574 (Chr. 1178—9) procedentem possidet Bibliotheca publica MS. 1803 (77). Hic enim auctor p. 14 refert, nosocomium illud, quod reliqua a Nouroddino condita magnitudine superet, non in gratiam pauperum, sed omnium cujuscumque loci et ordinis Moslemorum, exstructum esse; ut ex diplomate legati, sive كتاب الوقف, ipse cognoverit. Addit illud aedificasse Nouroddinum pecunia, qua Francorum Regum vel Principum aliquis, qui in ejus manus inciderat, libertatem sibi redemerit. Cum enim de accipiendo redemtionis pretio Emiros suos consuluisset Nouroddinus, hique rem dissuasissent, hominem nihilominus noctu clam omnibus emisit; qui statim, postquam domum redierat, decessit. Nouroddinus ergo ut pro duplici beneficio (nam et hostis obierat et lucrum acceperat), gratiam Deo referret, pecuniam nosocomio fundando insumsit. Qua in narratione nisi de Principis illius obitu, redemtionem proxime secuto, sermo esset; hic de Boemundo III, Antiochiae Principe, agi existimarem, qui captus est a Nouroddino A. 559 (Chr. 1163—4) sec. Abulf. A. M. T. IV. p. 592. et post annum pretio e vinculis liberatus. Cf. Willermus Tyrius Lib. XIX. c. 9 et 11. At is non statim sed Anno demum 1201 defunctus est.

(664) Arabica paullo obscuriora sunt. In verbis يعزبه فيه صيتة, vocula به pertinet ad praecedens الاشتغال et فيه ad بالتاريخ.

historicos: in quibus censentur Divisiones vicorum Kahirae, quod opus imprimis est utile. Illius enim argumenti adversaria ab Awhadio confecta cum nactus esset Makrizius, sicuti in illius vita supra relatum est (665), *haec sibi vindicavit supplementis haud ita magnis a se aucta.* (Reliquorum haec sunt nomina) *Uniones monilium eximii de vitis excellentium virorum utilissimis, in quo suos aequales memorat; Oblectatio aurium, de rebus et conditione prophetae, ejusque posteris et supellectile; quem librum (ut postea etiam facile et ex voto ipsi successit,) Meccae describi et a se explicari cupiverat. His addenda ejusdem libri Introductio; Monile margaritarum canistrorum de Memphidis Fosthathaeque regibus; Expositio et declaratio Arabum, qui in terra Aegypti degunt; Collectio rerum Regum Moslemicorum, qui in Habessinia fuerunt* (666); *Novitas mira de rebus vallis Hadramaut mirificis; Notitia juris, quod competit Prophetae posteris adversus inimicos eorum; Excitatio orthodoxorum ad historiam Imamorum, Khalifarum gentis Fathemidicae; Introductio ad cognoscendas dy-*

(665) Al Awhadi cognomen est Schehaboddini Ahmedis ibn Hasan ibn Thougan, quod avus traxit a Bibarso Awhadio, Castelli Montani Rectoris, quocum A. 710 (Chr. 1310—1) in Aegyptum venerat. Ipse Kahirae natus, A. 761 (Chr. 1359—60), Schafeita et historiographus fuit, obiitque A. 811 (Chr. 1408—9). Cf. Abdorrahman As Sekhawi T. I. p. 325, ubi haec leguntur nostro loco respondentia, quae Arabice tantum adscribam: وكتب مسودّة كبيرة لخطط مصر والقاهرة وتعب فيها وافاد واجاد وبيض بعضها فبيض الباقي المقريزي ونسبها لنفسه مع زيادات Addit Makrizium egregie de illo egisse in suo libro عقود inscripto, quin etiam ibi confessum esse, quod multum ex istis adversariis profecerit.

(666) Edidit hunc de Regibus Habessiniae librum, adjuncta versione Latina et Abulfedaea tabula Nigritiae, F. T. Rinck. Lugd. Bat. 1790, qui, quamvis ab omni parte boni interpretis officio non satisfecerit, minime tamen (ut Schnurrerus in *Bibl. Arab.* p. 155. existimavit,) adeo negligens fuit, ut duos hujus libelli Makriziani Codd. Leydenses plane intactos relinqueret, in Catalogo n. 1989 et 1990 memoratos. Nam illius, qui Catalogum confecit, stupore, iidem Codices bis memorati sunt: ita ut n. 1765 non differat a 1989, (cujus verus numerus non est 463, ut male ibidem legitur, sed 560); alter 1766 non sit diversus a 1990. Eodem Codice 560, cum alia multa Makrizii opuscula continentur tum illud *de Arabum Aegyptiacorum generibus*, quod proxime antecedit, quaeque statim sequuntur *de Valle Hadramaut*, et *de jure familiae Propheticae*. Cf. Catal. n. 1025, 1711, 1988.

dynastias regias; quae omnes historiarum vices ad auctoris usque mortem continet; Chronicon magnum Mokfa appellatum, quod sedecim volumina complectitur, et, ipso teste auctore, si ex voto perficere licuisset, octoginta volumina superasset; Excusationum enarratio (667); *Indicium et disputatio de aedificatione Caabae, i. e. domus sacrosanctae, ejusdemque libri compendium* (668); *Memoria Khalifarum Regumque qui peregrinationem sacram susceperunt; Inimicitiae inter Ommaiadas et Haschemidas; Margaritae monilium exiguae* (669); *Lumen viatoris nocturni continens notitiam historiae Temimi Ad Dari; Pondera et mensurae legales; Amotio molestiae et difficultatis in cognoscendo statu Musices; Acquisitio bonorum commeatusque in petitione ab omnium bonorum fine* (i. e. Deo) (670); *Proposita altissima ad cognitionem corporum fossilium; Denudatio Unitatis Divinae; Collectio rerum singularium et fons negotiorum utilium* (671), *quod opus tam doctrinas, quae a traditione, quam illas, quae a ratiocinio*

---

(667) Hujus libri titulus, ex quo de argumento judicare non possumus, nec in Catalogo Aboul Mahaseni, apud Sacyum C. A. T. II. p. 416 sq. nec in Hadji Khalifae Lexico reperitur.

(668) Pro اشارة واكلام Hadji Khalifa, in titulo libelli de Caabae aedificatione apud Aboul Mahasenum desiderati, scribit اشارة والاعلام. Hic autem liber, sive potius illius compendium, exstat in Cod. 560, cum octo opusculis, proxime subjunctis, quae omnia breviora, et ex parte saltem in compendium redacta sunt. Sic tractatus *de Regibus qui peregrinationem sacram susceperunt*, teste Hadji Khalifa, in quinque tomos erat distributus, hic autem paucis paginis absolvitur. Proprius titulus est الذهب المسبوك في ذكر من حج من الملوك. Cf. Herbel. v. *Dhahab almasbouk*, Catalogum Bibl. L. B. n. 547, item n. 154, 548, 1062, 1234, 1235, 1236, 1855, 1856, 1922 sq.

(669) Plenus titulus opusculi de re nummaria Arabum agentis est: كتاب شذور العقود في ذكر النقود. Cf. Casir. *Bibl. Arab. Hisp.* T. II. p. 173, qui partem libelli in lucem protulit. Adde Schnurrerum *Bibl. Arab.* p. 156 sqq., qui de editione Tychsenii et versione Sacyana tam hujus, quam sequentis de mensuris ponderibusque Commentationis, retulit.

(670) Continet hic obscurioris tituli tractatus diatriben de verbis Josephi ad Deum in Cor. Sur. XII. 162 انت ولي في الدنيا والاخرة توفني مسلما والحقني بالصالحين. Nam de illis maxime توفني مسلما. *Fac ut Moslemus moriar*, magna inter doctos controversia est.

(671) Secundum Aboul Mahasenum, qui inscriptionem magni hujus operis sic expressit: مجمع الفوايد ومنبع العوايد, octoginta volumina erant; ex Kasemi ibn Kotlouboga sententia septemdecim, ab avo Makrizii materno conscripta (cf. n. 652); secundum Hadji Khalifam, octo ex octoginta aliis excerpta a Schemsoddino Abdorrahmano ibn Mohammed Mausalensi A. 954 (Chr. 1547—8) defuncto.

nio pendent, complectitur, et partim seria tractat, partim jocosa, centumque paene voluminibus absolvitur; Tractatus de iis, quibus ipse interfuit, quaeque ab aliis audivit, in libris non tradita; (672); *Via evadentium, qui liber continet diversas hominum opiniones, tam de primariis, quam de secundariis religionis partibus, cum expositione argumentorum, quibus utuntur, et veritatis declaratione; Indicium et nutus ad solvendum aenigma de aqua* (673), *quod elegans est opusculum. Scripsit etiam alia, in his laudationem operis Ibn Nahedhi, Mores Prophetae divinitus adjuti, inscripti* (674). *Ipse in nota, quam auctor sua manu exaratam reliquit, reperi ejus opera ducentorum maximae formae voluminum numerum excedere, eumque audivisse doctores plures quam sexcentos. De historia egregie disseruit, quamvis eorum, quae ad vetustioris aetatis homines pertinent, exigua esset instructus scientia, unde crebri orti sunt lapsus et errores in vocabulis pervertendis. Nam, licet saepe in traditionum textum talia vitia jam irrepserint, plurima tamen vidi quae ex ipsius demum prava scribendi ratione orta essent* (675). *Sic Ibn Al Bedrum cum Be fathato et Dal, Bodsanum scribere so-*

---

(672) Hic liber, et qui reliqui deinceps memorantur, Aboul Mahaseno ignoti fuisse videntur. Tractatum, qui sequitur, pleno appellat nomine Hadji Khalifa شارع النجاة في حجّة الوداع, i. e. *Via evadentium in peregrinatione valedictionis*, quae inscriptio ex ambiguo respicit ultimam Mohammedis peregrinationem Meccanam, revera autem ostendit hoc libro religionis praecepta contineri, quibus solis morientes aeternam salutem adipisci possint.

(673) Etiam hic libellus exstat in Cod. 560. Cf. Cat. n. 1488. Titulus autem ibi misere deformatus est. Tu pro لغز الماحورة lege لغز الماء حررة — احمد بن علي — المقريزي, *Aenigma de aqua, in quod accurate inquisivit Ahmed ibn Ali Al Makrizius.*

(674) Opus سيرة المويد inscriptum ab Hadji Khalifa tribuitur Bedroddino Mahmoudo ibn Ahmed, defuncto A. 855 (Chr. 1451—2). Hic igitur, si, ut verosimile existimo, diversus non sit ab Ibn Nahedho, exstat h. l. usus verbi قرّض proprius. Ex Lexicographorum enim praecepto, de hominis vivi laudatione *κυρίως* usurpatur. Idem valet de verbo قرّظ, cujus n. a. تقريظ supra ea ratione jam adfuit n. 654. المويد, ut Mohammedis, ita aliorum prophetarum cognomen est. Hinc apud Reland. *de Relig. Mohammed.* p. 30 appellantur مويدون بالمعجزات *adjuti miraculis.*

(675) An praecedentium sententiam verborum recte ceperim, certo statuere non ausim.

solet. Item Alium ibn Mansour Silafii doctorem (676), cui vulgo Al Cordji nomen est cum Djim, ipse Al Carkhium appellavit cum Kha. Saepe etiam Obeidollam pro Abdolla, aut hoc pro illo, posuit. Quin etiam accepimus illum, quo primum tempore Abou Thaheri (677), traditionis perpetua successione acceptae auctoris, testimonio uti coepit, hunc Makhmasi filium vocasse; cum revera Mahmasi filius appelletur. In recentioris etiam aetatis hominum vitis multa tradidit ab aliorum opinione discrepantia, illud v. g. de Ibn Molakkano (678), quem de precibus peragendis pessime sensisse tradidit. Porro magnam fidem habebat scriptoribus, quibus tuto credi non potest, et ad quorum auctoritatem provocari non solet. Nec in generis sui origine definienda ab hac labe sibi temperavit. Nam hoc solo usus argumento se ex Obeidolla, adeoque ex Fathemidis ortum esse jactabat, quod pater ipsi, templum Al Hakemi aliquando secum intranti, dixisset: En, fili! hoc proavi tui templum est! Quid autem hac de re existimandum sit, imprimis apparet tum ex Ibn Rafii dicto, qui, in genealogia avi Abd Al Kaderi, istum Ansarium (679) appellans, hanc opinionem (tacite) *vituperat; tum ex*

(676) De Silafio vide, quae supra in Zamakhscharii vita p. 126 sqq. et n. 492. leguntur, quibus adde Herbel. v. *Salefi*, Ibn As Sebekium in *Hist. Sectae Schafeit.* T. II. p. 148 sqq. Hadji Khal. v. أربعين البلدانية, qui titulus libri est a Silafio compositi, et quadraginta traditiones a quadraginta doctoribus in totidem diversis urbibus acceptas continentis. De illius doctore Alio ibn Mansour Al Kordjio nihil reperio, nisi quod Ibn As Sebekius l. l. inter Silafii magistros memoret Al Mekkium ibn Mansour ibn Alan (علان) Al Kordjium, qui diversus a nostro non videtur. Error autem, quem hic in Makrizio notavit auctor, insignis est. Nam الكرجي est *ex Georgia oriundus*, الكرخي, *qui in Carkho Bagdadi suburbio natus est.* Cf. Reisk. ad Abulf. A. M. T. II. p. 753. n. 301.

(677) De hoc Abou Thahero nihil certi reperio. An forte est Abou Thaher Mohammed ibn Mohammed, Bagdadensis, cuius seculo post Mohammedem quarto clari meminit Hadji Khalifa inter commentatores libri الجامع الصغير في الفروع?

(678) Seradjoddin Omar ibn Ali ibn Al Molakkan Schafeita Aegyptius, auctor non ignobilis, natus est A. 723 (Chr. 1323), decessitque A. 804 (Chr. 1401—2) non 814, ut in v. *Molakken* ait Herbel. Cf. Abdorrahman As Sekhawi T. II. p. 279 sqq., qui eum hoc cognomen traxisse refert a vitrico Isa Al Magrebio, doctore (ملقن) Corani in templo Ahmedis ibn Thouloun.

(679) Ibn Rafium inter scriptores Genealogicos non reperio. Argumentum vero quo utitur noster hoc est. Si Ibn Rafius Makrizium Alidam esse putasset, eum Ansarium non appellasset. Nam

ex ipso auctore, qui, licet in ea (de generis sui nobilitate) *sententia constanter perseveraret, in scriptis tamen suis avorum seriem nusquam ultra Abd As Samedum ibn Temim produxit; quamvis, istis praesertim, quibus fidem haberet, illam ulterius extendi posse ostenderet. His vero jam scriptis vidi huic quoque genealogiae fidem habuisse Al Forriyanium* (680), *quem Al Cadzib* (sive Mendacem) *cognominant. Quid verum sit Deus optime novit; at hoc tamen certum est, illos, qui Makrizium, ejusmodi ingenii hominem, traditionis conservatorem illiusque apte et vere narrandae studiosissimum, appellant, fabulas aniles tradere; illorum autem narrationem esse praestantissimam, qui nonnulla cunctanter tradant* (?). *Caeterum veterum proeliorum, quae ignorantiae tempore acciderunt, aliorumque memoriam menti infixerat. Quod vero ad bella attinet, post Islamismi ortum gesta, nec non virorum notitiam et nomina, item aut rejectionem testimoniorum, aut approbationem, testiumque classes moresque, aliasque res, ad arcana Historiae praestantiamque pertinentes; in his, inquam, omnibus non admodum solers erat, nec multum callebat jurisprudentiam, traditionem Grammaticamve. Veterum scripta tamen studiose triverat, et multa de Judaeorum Christianorumque sectis collegerat* (681); *ita ut eorum principes crebro ad eum ventitarent, partim ob utilitatem, quam ex illius sermonibus percipere poterant, partim ob morum suavitatem, generosae indolis vere-*

Nam Alius ad Meccanos exules sive المهاجرون pertinebat. Observat autem in nota marginali possessor, hanc solam Makrizio sufficere nobilitatem, quod Ibn As Salehum avum habeat, hominem in traditionibus versatissimum et antiquis aequiparandum, utiliumque librorum auctorem, quam in rem testimonium advocat Ibn Hadjri in شرح النخبة. Liber ipse quem nominat, inscribitur نخبة الفكر في مصطلح اهل اثر, ut Hadji Khalifa testatur; sed Herbel., quem vide v. *Nokhbat*, legit الفقر: vertit enim *ce qu'il y a de meilleur dans la pauvreté.* Commentarius autem sive شرح titulum habet نزهة النظر في توضيح نخبة الفكر. Utriusque operis auctor est Ibn Hadjr, de quo jam egimus n. 645 et 653.

(680) الفرياني. Scribitur nomen gentile in Codice cum Teschdid literae Re, adeoque procul dubio derivandum est a فريّانه Africae oppido, quod Lexicon Geogr. ponit in vicinia urbis سفاقس *Safakas.* Forriyanii tamen illius nomen atque aetatem ignoro.

(681) المام بمذهب اهل الكتاب. Phrasis ambigua est. Equidem non minus de Christianis, quam de Judaeis intelligendam duxi Nam de utrisque, in fine magni sui de Aegypto operis amplissime disputavit.

recundiam, modestiamque insignem animique magnitudinem, quas omnibus, quotquot ipsum adibant, ostendebat virtutes; item quandam in disserendo amabilitatem et in vigiliis lectioneque librorum sacrorum perseverantiam, atque in precibus peragendis praestantiam, quibus magna fides haberi et efficaciae multum tribui solebat. Haerebat autem assidue domi; qua de caussa eum a primario quodam viro, cujus familiaritatem refugerat, perstrictum, his poëtae verbis respondisse accepimus:

Dixit lepus, huc illuc respiciens, sermonem, cui monitum inerat, cordatis intelligendum:

Equidem canibus sum celerior, verum tamen dies mihi beatior est, si canes me non conspexerint (682).

Melius autem fecisset Makrizius, si hos Ibn Al Mobareci versus ipsi objecisset:

Nos quidem respiravimus, quietemque captavimus et mane et vespere,
A consuetudine sive sordidi hominis, sive generosi liberalitate praediti,
Clamantes: Mitte me; Abstine; Jam sufficit; Quiesce!
Et desperatione tamquam clave usi sumus, ad portas felicis successus aperiendas (683).

Erat praeterea peritissimus ad res occultas investigandas (684), *item ad astrolabii et geo-*

---

(682) Versus formati sunt ad normam Speciei XI, sive الخفيف, cujus, secundum Jones. *de P. A.* p. 52 sq. et Cler. P. A. C. XVI, schema hoc esse potest:

— ◡ — —	◡ — ◡ —	◡ ◡ — —	— ◡ — —	◡ ◡ — ◡	— — —
				— — ◡ —	— ◡ —

In secundo sticho, ut metro consulatur, legendum انّ اجري pro انا اجري; deinde خيرُ يومي, *Optimum diei meae*, pronuntiandum.

(683) Hi vss. sunt dimetri, pertinentque ad Speciem octavam, et hoc schema sequuntur:

— ◡ — —	— ◡ — —	— ◡ — —	◡ ◡ — —
◡ ◡ — —	◡ ◡ — ⏓	◡ ◡ — —	— ◡ — —

Pro كرم in vs. 2, ex metri lege, necessario كريم legendum est. Versum tertium liberius reddidimus: in quo utrum prima sedes paeonem tertium habere possit in binariis, ut secunda et quinta in senariis, aliis rei metricae peritioribus dijudicandum relinquo; sensui vero imprimis consuli existimo, si عفاف, كفاف et صلاح mecum pro Imperativis formae نَزَالِ habeas.

(684) *Arab.* الزايرجة, cujus vocabuli, in Lexicis desiderati, originem ignoro, significationem vero disco

ex

geomantiae usum, temporumque distinctionem, cepitque horoscopum in gratiam Ibn Khaldouni (685); *cui illud flagitanti diem praedixisse fertur, quo postea praefecturam suscepit, eaque res inter miros eventus jure censetur. Haec omnia, quae diximus, magnam ipsi optimatium venerationem conciliabant, eum blande et benigne habentium; quod vel ab hominis calamo sibi metuerent* (686), *vel suavissimis illius sermonibus delectarentur. E libris suis et de traditione commentariis complures et Kahirae et Meccae enarravit, excellentesque viros auditores habuit. Porro Makrizius narrare solebat se bis au-*

---

ex Hadji Khalifa, qui hujus scientiae rationes fuse et accurate exponens, eam regulas quasdam continere dicit, ad investigandam occultarum rerum scientiam. Artis inventorem vocat Aboul Abbasum Ahmedem As Sebti, qui, extremo seculo sexto aerae Mohammedicae, sub imperio Yacoubi ibn Mansour ex Mowahhedinorum familia Principis, Marrakeschae (Marocco) floruit: quamvis alii illius disciplinae auctorem esse volunt Sahalum ibn Abdalla, cujus hominis, a suis inter sanctos relati, et seculo tertio post fugam ad finem vergente defuncti, vitam scripsit Ibn Khal. n. 280. Cod. P. T. I. p. 334. Cod. L. T. I. p. 364.

(685) De Ibn Khaldoun, cujus nomina sunt Wályeddin Abou Zëid Abdorrahman ibn Schemsoddin Abou Abdolla Mohammed ibn Khaldoun Al Hadhrami, fuse disputavit Vir Ill. de Sacy C. A. T. II. p. 396—401 et p. 572 sq., et nonnulla excerpta dedit ex illius *Prolegomenis Historicis*, ibid. p. 387 sq. n. 77. et p. 392 sqq. n. 93. T. III. p. 326, *Relat. de l'Egypte* p. 509—524, coll. p. 558—564. Illud autem munus, quod quo tempore Ibn Khaldoun aditurus esset praedixisse fertur Makrizius, erat summi Judicis per Aegyptum dignitas, quam aliquoties gessit. Cf. Sacy C. A. l. l. T. II. p. 572. Adde Ibn Habibum n. 413 et 712, qui eum prima vice A. 786 (Chr. 1384—5) successisse dicit Djemaloddino Aboul Kasemo Abdorrahmano ibn Mohammed Ansario, altera A. 801 (Chr. 1398—9) Naseroddino Abou Abdollae Mohammedi Tunetano. Quanti autem Ibn Khaldoun magicas istas artes fecerit, in quibus excellebat Makrizius, opportune probare possumus ex illius judicio de علم الزايرجة, quod ea in voce laudat Hadji Khalifa: ومن تاريخ بن (ابن l.) خلدون وهي غريبة العمل وصنعتة عجيبة وكثير من الخواص يعملون بها بافادة الغيب وحلها صعب علي الجاهل بها, *Ex Chronico Ibn Khaldouni.* „*Habet illa res agendi rationem plane singularem, artificiumque mirabile: multique viri principes ei operam dederunt, ut res occultas discerent; quod quomodo fieri possit, explicatu difficile est huic artem ignoranti.*"

(686) An igitur Satyras scripsit Makrizius? Equidem potius optimates illos hoc metuisse existimo, ne Makrizius, quem aequalium quoque suorum historiam tradidisse supra vidimus, parum honestam ipsorum mentionem faceret, nisi eum sibi conciliassent.

audivisse Abou Telham Harrawium, Dimyathensis librum de equorum excellentiis explicantem; quae res cum apud homines fidem invenisset, effecit, ut scholae ejus in hunc auctorem saepius frequentarentur. Quod autem, anno ante quam decederet, idem scripserat, nescire sese an quemquam in hac traditione audienda condiscipulum habuerit; id minime respondet testimonio socii nostri Nadjmoddini ibn Fahad, quod ejus manu exaratum conspexi, narrantis, se Rabiae (687), una cum Makrizio, Harrawio adfuisse. Quae cum ita sint, quomodo contrarium illud affirmare potuerit Makrizius, equidem ignoro (688). Caeterum doctor noster in suo Lexico de hoc scriptore ita disserit. „ Hic et praestantissima carmina condidit, et soluta oratione elegantissime usus est, librosque scripsit admirabiles, imprimis de historia Kahirae, cujus monumenta in lucem produxit, et res ignotas manifestavit, negotiorum scitu dignorum memoriam renovans, virorumque principum vitas describens. Neque vero intra hos terminos historiae studium in eo substitit, sed tanto illius desiderio ferebatur, ut plurima eo pertinentia colligeret, librosque de ea componeret, illiusque magnam partem memoria complecteretur. Praeterea in consuetudine jucundus, in disceptando lenis fuit." Ait etiam Al Ainius (689) eum historiae scribendae, geomantiaeque per puncta instituendae,

(687) Rabiâ, teste Lexico Geogr., statio est peregrinatorum Basra Meccam proficiscentium. Ex Eruditis qui paullo ante memorantur, Nadjmoddinum ignoro. Abou Telha Harrawius est Nasiroddin Mohammed ibn Ali Curdus, cogn. Tabardar (Securiger), obiitque A. 781 (Chr. 1379—80). Dimyathensis, teste Hadji Khalifa v. فضل الخيل (sic) على طريقة المحدثين, est Schemsoddin (Aboul Mahaseno in vita Makrizii apud Sacyum l. l. Scherefeddin) Mohammed ibn Hasan defunctus A. 459 (Chr. 1066—7).

(688) وما علمت مستنده في ذلك, quae verba adeo ambigua sunt, ut non minus ad Nadjmoddinum, quam ad Makrizium pertinere possint.

(689) Al Ainium istum ignoro. Videtur illud nomen esse gentilitium, quod a variis oppidis duci potuit, ita ut nihil hac in re definiri queat. Habet quidem Herbel. vocem *Aini*, quam cognomen esse dicit Ibn Abdorrahmani, auctoris libri بغية الظمان من فوايد ابي حيان inscripti. Sed fallor, aut illud *Aini* ex falsa lectione ortum est. Nam si hujus operis titulum apud Hadji Khalifam quaeras (unde sua procul dubio derivavit Herbel.), illud Isae ibn Abdorrahman tribui videbis, ut prope certum sit عيني et عيسي inter se confusa esse. Si conjecturae locus sit, equidem hunc Al Ainium haud diversum censeam a Bedroddino isto Al Aintabio, cujus men-

dae, deditum fuisse; item praefecturam annonae gessisse Kahirae, extremis Adh Dhaheri i. e. Barkouki temporibus, dein munere amotum Mastaram successorem habuisse, cui tamen iterum suffectus sit, cum rebus praeerat Magnus Dawadar (sive Atramentarii praefectus) *Soudoun Adh Dhaheri ex sorore nepos.* (690). *Hujus enim vitans injurias Ma-*

---

mentio jam facta est superius, n. 674, et proxima nota recurret, quemque brevius etiam Al Ainium dictum fuisse locus Ibn Ayasi ibi laud. confirmabit. Hic, teste Aboul Mahaseno, A. 855 (Chr. 1451—2) decessit, natus A. 762 (Chr. 1360—1), secundum Ibn Ayasum p. 489, et inter alia scripta Chronicon reliquit rerum Aegypti et Syriae, quo in sua *Hunnorum historia* nonnumquam usus est De Guignes. Eum vero Makrizii quoque mentionem fecisse, apparet ex Aboul Mahaseno apud Sacyum C. A. T. II., p. 410 sq. ubi itidem العيني vocatur.

(690) Quod hic narratur procul dubio accidit, imperante Barkouki filio Al Maleco An Nasero Zeinoddino Abous Saadato Faradjo. An Soudouno Maleci Adh Dhaheri ex sorore nepoti administratio Regni Aegyptiaci (نيابة السلطنة) commissa fuerit, et quando id factum sit, eo minus aliorum auctorum testimonio definire et confirmare possumus, quod hic Soudounus ab aliis multis ejusdem nominis, qui per illud tempus fuerunt, satis distingui nequit. Hoc vero omnibus inter se comparatis novimus, nostri scriptoris testimonium cum reliquorum auctoritate hic ab omni parte conciliari non posse. Nam primum hoc loco traditur Makrizium in annonae praefectura successorem habuisse Mastaram, cum Aboul Mahasenus eundem vocet Bedroddinum Aintabium, Ibn Ayas in *Mamluchorum Circassiorum historia* MS. 1806 (367). p. 133 Bedroddinum Mahmoudum ibn Ahmed ibn Mousa ibn Ahmed Al Ainium Hanefitam. Hunc igitur primo Sultani Faradji anno excepisse Makrizium, Soudounum vero An Naserium Ath Thayar eodem tempore in stabulorum Regiorum regimine successisse Soudouno Principis cognato, quem anno sequente A. 802 (Chr. 1399) Syriae proregem constituerit Sultanus, affirmat Ibn Ayas l. l. et p. 141 sq. Cum autem A. 803 (Chr. 1400—1) Tamerlanus Syriam invadens, legatum ad Soudounum (qui ut tanto melius hosti ingruenti resisteret, cum reliquis Syriae Emiris Halebum se contulerat,) misisset, obsequium postulantem; hunc, neglecto gentium jure, interfecit Soudounus: mox autem in arce Halebensi obsessus, victori Tamerlano, pacta salute, se dedidit, et in vincula conjectus est. In hac captivitate eum ex dysenteria decessisse tradit Ibn Schehna apud Ahmedem Arabsiadem in *Vita Timuri*, T. I. p. 644, quem librum etiam inspice p. 582, 588, 614. Scherefeddin Ali eum paullo post, ante captam Damascum, jussu Tamerlanis occisum tradit, consentiente Aboul Mahaseno ad A. 803, qui hunc Soudounum diserte appellat Barkouki ex sorore nepotem. Solus De Guignes rem in medio reliquit, ita ut eum legens plane nescias, utrum in potestate hostium manserit, an dimissus sit Soudounus. Cf. *Hist. de Timur Bec* T. III. L. V. C. XX et C. XXIV. p. 316, De Guignes *Hist. des Huns*, T. IV. L. XXII. p. 283—285. Haec autem, quae diximus, omnia, si cum nostri auctoris verbis contuleris, aut haec, aut illa falsa esse deprehendes; imprimis si temporis no-

Mastarah munere se abdicaverat. Ibn Khatibi vero (sive Concionatoris) *Collegii Naseritici* (691), *hoc de Makrizio in vita avi illius testimonium est. „Hic est avus Imami illustrissimi, Historici Takioddini." Alii addunt eum librum composuisse de iis, quae ipse vidisset audivissetque in nullis libris tradita. Quo in opere inter alia admiratione digna etiam hoc narratur, illum mense Ramadhano A.* 791 (Chr. 1389) *aliquando transiisse per vicum Bein al Kasrein, audivisseque vulgo inter homines rumorem ferri, de Adh Dhahero Barkouko e carcere Caracensi elapso, agminibusque ad ipsum confluentibus. Hunc ergo diem a Makrizio notatum esse, quo illud revera accidisse, eventus postmodo docuit* (692). — *Ex auctoris nostri carminibus illud est in Dimyatham:*

Rigavit (me) *vernus imber Dimyathae, eamque, me conspiciente, ubertate beabat;*
cujus amissae memoria dolorem mihi dolore cumulat.

Neque desinant sidera nubibus suis regiones madefacere, quae amoenitate sua hortos aeternos referant (693).

Haec

---

notas ab Aboul Mahaseno apud Sacyum et Ibn Ayaso proditas in subsidium vocaveris. Cum enim ex illis constet, Makrizium A. 801. die 26 Dzoul Hadjae praefecturam annonae Kahirensem prima vice deposuisse, Soudounum vero A. 802. Redjebi initio cum Sultano in Syriam abiisse, unde numquam redierit, neque hoc septem mensium intervallo muneribus publicis praefuisse; equidem, qui et quando haec quae in textu narrantur accidere potuerint, non perspicio.

(691) Ibn Khatib An Naseriyyah, sive Filius Concionatoris Collegii Naseritici est cognomen Aboul Hasani Schemsoddini Ali ibn Mohammedis ibn Saâd Schafeitae Halebensis, ex Thayensium tribu, oriundus ex Beit Djabrin, vico ab oriente Halebi sito, et probe distinguendo ab altero ejusdem nominis, qui inter Hierosolymas et Ascalonem jacet. Hinc Al Djabrini dictus est. Inclaruit autem cum aliis varii generis operibus, tum continuatione celeberrimi operis Kemaloddini, بغية الطلب في تاريخ حلب, Chronicon Halebi continentis, quem appendicem الدر المنتخب في تاريخ حلب, i. e. *Margaritam selectam in Historia Halebi* appellaverat. Natus est A. 774 (Chr. 1372—3), defunctus A. 843 (Chr. 1439—40) Halebi, eumque Makrizius in suo درر العقود eximiis laudibus ornaverat. Cf. Herb. v. *Tarikh Halab* et *Khatib*, Abdorrahman As Sekhawi T. II. p. 163—167 etc.

(692) Barkoukus Sultanus, qui A. 791 (Chr. 1389) imperium amiserat, et in arcem Caracum Syriacam fuerat relegatus, ex carcere evasit, eodem anno, mensis Ramadhani die decimo, quod novae fortunae ipsi initium fuit. Cf. De Guignes *Hist. des Huns*, T. IV. p. 267, Ibn Habib p. 671, Ibn Ayas p. 46.

(693) Versus pertinent ad speciem primam. In primi versiculi priore hemistichio, cujus sensum

haudi

Haec autem elegia ultra viginti versus continet. — *Decessit Makrizius Kahirae ex morbo diuturno, die Jovis, mensis Ramadhani decimo sexto, post meridiem, A.* 845 (Chr. 1441—2), *cum, teste doctore nostro, octoginta annos plenos vivendo exegerat* (694). *Sepultus est die Veneris, ante preces, in coemeterio* (695) *Sufiorum Bibarsicorum. Misericordia illum prosequatur Deus.*

---

haud scio an bene ceperim, metri leges pronuntiare jubent سقا عهد دمياط وحيّاه. In secundo vs. eadem de caussa legendum سحابها. Pronomen masculini generis in حياه et ذكراه, si, ut ego feci, ad Dimyatham referendum sit, indicat quendam legum Grammaticarum neglectum, cujus recentioris aetatis scripta multa indicia continent.

(694) In tempore mortis Makrizii definiendo cum nostro facit Ibn Ayas in *Hist. Mamluchorum Circass.* p. 438 sq., sed breviorem ipsi vitam tribuit, natum perhibens A. 779 (Chr. 1377—8).

(695) Vocabulum خوش vel حوش, ut in compendio Ahmedis ibn Mohammed scribitur, Arabicumne sit an peregrinum nescio; et in nullis Lexicis illius notionem huic loco aptam reperio. Interim *coemeterium* hic significari certum est, quod Aboul Mahasenus extra Bab An Nasr sive *portam victoriae* situm tradit. Hunc locum sepulcreto destinatum fuisse ait Makrizius in *Descr. Aegypti* MS. 1782 (276) p. 928, coll. MS. 372 T. III. p. 344, post A. 480 (Chr. 1087—8), ibique primum omnium sepultum fuisse Emirum Al Djoyousch Vezirum Bedrum Al Djamalium. Addit deinceps Suficos Monasterii Salahici multorum jugerum sepulcrum eo in loco sibi comparasse, idque muro cinxisse. Hi vero Sufici, qui plene appellantur صوفية الخانقاه الصلاحية سعيد السعداء, domumque, quae quondam fuerat Canbari (قنبر), sive Anbari (عنبر), Saïd As Soada cognominati, a Salahoddino Sultano A. 569 (Chr. 1173—4) acceperant, hi igitur, inquam, bene distinguendi sunt a Suficis Bibarsicis, quos extra portam An Nasr coemeterium habuisse, equidem non invenio. Hi, quadringenti numero, incolebant الخانقاه الركنية بيبرس, sive Monasterium conditum A. 706 (Chr. 1306—7) a Bibarso II, tum adhuc Emiro, qui postea A. 708 sq. per menses undecim Sultanus fuit, sub nomine Al Maleci Al Modhafferi Rocneddini Bibarsi Al Djeschnegiri Al Mansourii. Cf. Makrizius MS. 1782 (276) p. 886—889. MS. 1784 (372). T. III. p. 285—289. De Bibarso praeterea vide Pocock. in *Suppl. ad Hist. Dynast.* p. 12 sq. De Guignes *Hist. des Huns* T. IV. Liv. XXI. p. 191—199. Herb. v. *Bibars.* Adde Abulf. A. M. T. V. p. 206—224. Ibn Habib. p. 224 sqq. etc.

ADDENDA.

ADDENDA.

Ad p. 1. *n.* 12. Auctoribus laudatis de Ibn Kotaiba adde Sacyum *Rel. de l'Egypte* p. 481. n. 25.

Ad p. 4. *n.* 25. *coll. p.* 12. *n.* 42. In vita Abdollathifi edita a Sacyo in *Relat. de l'Egypte* p. 536. 3 duplex lectio exstat. Nam in altero illius exemplo legitur درستویه, quod unice probavit Ill. de Sacy p. 481. n. 32, ubi nonnulla de hoc viro disputavit; in altero دسترویه, quae diversitas etiam cernitur in Ibn Dorostouiae vita apud Ibn Khalicanum. Cf. Index Tydem. n. 328.

Ad p. 5. *n.* 28. De Ibn Os Seccit cf. etiam Herb. v. *Jacoub ben Sakit*, et in *Supplem.* v. *Sakkit*, Hadji Khalifam v. اصلاح المنطق, qui multos illius libri commentatores enumerat. Adde de Rossium *Dizion. Stor.* p. 160. v. *Sachit*, qui iterum de eo agens v. *Sekaiti*, imprudens ex uno viro duos fecit.

Ad p. 6. *n.* 31. Hadji Khalifa qui librum Ibn Kotaibae historicum معارف في التاريخ appellat, et ea in voce auctorem mortuum esse dicit A. 213 (Chr. 828—9), qui annus ipsius natalis est, in v. ادب الكاتب recte ejusdem obitum refert ad A. 276 (Chr. 889—90), et ibidem quoque mentionem injicit Bathlousitae, quem perperam A. 421 (Chr. 1030) obiisse dicit. Illius opus tripartitum esse docet. Prima pars inscribitur الشرح لخطبة, altera التنبيه في الغلط, tertia شرح ابياته. Dein reliquos commentatores libri *Adab Al Kateb* enumerat, quos eodem ordine hic subjecimus. Primus est Abou Mansour Mawhoub Ibn Ahmed الجواليقي, mortuus A. 465 (Chr. 1072—3), secundus Soleiman ibn Mohammed Az Zahrawi (الزهراوي); tertius Abou Ali Hasan ibn Mohammed Al Bathluqusi, mortuus A. 576 (Chr. 1180—1); quartus Ahmed ibn Daoud الجذامي, defunctus A. 597 (Chr. 1200—1); quintus Ishak ibn Ibrahim Al Farabi, qui decessit A. 350 (Chr. 961—2). Addit nonnullos praefationem libri tantum explicuisse, ut Aboul Kasemum Abd orrahmanum ibn Ishak الزجاجي, mortuum A. 339 (Chr. 950—1), et Mobarecum ibn Fakher Grammaticum, defunctum A. 500 (Chr. 1106—7); alios versus in eo libro laudatos unice exposuisse, in his Ahmedem ibn Mohammed Al Khazanium, qui A. 348 (Chr. 959—60) obiit.

Ad p. 7 *extr.* De Beladzorio vid. Herb. v. *Ketab al Boldan* et *Supplem* p. 721, De Rossium *Dizion. Storico* in v. p. 51. Hadji Khalifa eum duplici loco memoravit, primum in v. انساب الاشراف, ubi Herbelotio praeivit v. *Ansab*, auctoremque vocat Aboul Hasanum Ahmedem ibn Yahya. Ibidem haec addita leguntur in margine: نقل السيوطي رحمه الله ترجمة البلاذري الصغير وقال هو في طبقة ابي داود صاحب السنن. Quae verba, uti nunc leguntur, magnam interpretationis difficultatem habent. Nam licet ex illis hoc satis constet, Soyouthium aequalem fecisse Beladzorium Abou Daoudo Soleimano Sonnae auctori, mortuo A. 275 (Chr. 888—9), attamen non satis apparet, quid sibi velit illud الصغير. An legendum في الصغير, ut indicetur hoc fecisse Soyou-

Soyouthium in libro suo nobilissimo, qui الجامع الصغير في حديث البشير النذير appellatur. Alter locus Hadji Khalifae, quem supra indicavimus, est in v. كتاب البلدان وفتوحها, ubi auctorem Aboul Hasanum Alium ibn Ahmed, الشهير بابن يحيي البلاذري, obiisse dicit A. 320 (Chr. 932), ipsum autem librum sic describit: وهو مولف يتعلق بالتاريخ مشهور الوقايع كذا ذكره ابن عديم, *Hoc opus ad historiam pertinet, proeliisque* (quae in eo describuntur) *est nobile, ut memorat Ibn Adim.* Ultima verba ostendere videntur, istum librum non nisi aliorum testimonio Hadji Khalifae notum fuisse.

Ad p. 13. *v.* 1. Ibn-Ishakum An Nadim, de quo mihi ad vitam Beladzorii commentanti, nihil adhuc constabat, nunc haud diversum censeo ab Aboul Faradjo Mohammede ibn Ishak Al Warrak, cogn. Ibn Abou Yakoub An Nadim, quem, libri الفهرست auctorem, laudat Vir Ill. de Sacy C. A. T. II. p. 491 sq. Hunc Hadji Khalifa v. فهرست العلوم, *Index Scientiarum*, istum librum ex veteribus scriptis Graecis, Persicis, Indicis, conflasse tradit في حدود الثلثماية, i. e. *seculo quarto*, certe, ut coll. Sacyi loco apparet, post mortem Mesoudii A. 345 defuncti. An fuit ex posteris Ibrahimi ejusque filii Ishaki, clarissimorum poetarum Mausalensium et musicorum, quorum ex familia Persica oriundorum, et Khalifarum in aula florentium, alter A. 214 (Chr. 829—30) defunctus, An Nadim Al Mausali, alter A. 235 vel 236 (Chr. 849—51) mortuus, Ibn An Nadim audit? Cf. Ibn Khal. n. 9 et 85. Cod. P. T. I. p. 12 et 98. Leyd. M. T. I. p. 13. 118. Herb. v. *Moussali.*

Ad p. 16. *n.* 49. Cum de horum versiculorum metro constituendo laborabam, nondum me adverterat He affixum 3. p. plerumque longum esse, quod ex Freytagii V. C. observationibus ad *Excerpta ex Hist. Halebi* me primum didicisse gratus profiteor. Illud si huc adhibeas, non amplius opus est, ut ad Teschdid Euphonicum, cujus in nota mentionem feci, recurratur: neque ulla difficultas restat, nisi in secundo hemistichio vs. Bohtorii, quod corruptum existimo; reliquis ad Speciei primae rationes accurate compositis:

∪ — —	∪ — — —	∪ — ∪	∪ — ∪ —	∪ — ∪	∪ — — —	∪ — ∪	∪ — ∪ —
∪ — ∪		∪ — —		∪ — —			

Ad p. 18. *n.* 55. Locis laudd. de Ibn Asacero adde *Suppl. Herbel.* v. *Assaker*, item Ibn Djaberum in Itinerario (cf. supra n. 650. p. 212) qui p. 163 Ibn Asaceri Chronicon laudans, illud centum volumina continere dicit. De Rossi *Dizion. Stor.* p. 42 eum male vocat Ben Mohammed Abu Ali.

Ibid. ad n. 56. Pro الميدان in vita Beladzorii procul dubio legendum est الميزان, ut hic agatur de opere Dzahabii ميزان الاعتدال في نقد الرجال, i. e. *Trutina aequalitatis in viris discernendis*, quo ordine alphabetico de veris falsisque traditionis auctoribus exposuerat. Cf. quae notavimus n. 645, et locis, quae de Dzahabio citavimus, adjunge Petis de la Croix *Abrégé de la vie des Auteurs, dont on a tiré l'histoire de Genghizcan* p. 550. v. *Zehebi.*

Ad p. 21. *v.* 13. Habet haec de Persica versione Herb. ex Hadji Khalifa v. تاريخ الطبري, cui etiam reliqua fere omnia debet, quae v. *Tarikh Thabari* tradidit, non satis accurate auctorem suum secutus. Nam librum non ad A. 300 sed 309 continuavit Thabarita. Praeterea Veziri illius, qui librum Persice transtulit, cognomen non est Abd Al Gani, nec Al Iâli, sed Al Balâmi (البلعمي), denique

que

que illud non fecisse videtur jussu Mansouri Samanidae, sed tantum in praefatione retulerat Principem Aboul Hasano interioris admissionis amico hanc versionem conficiendam mandasse.

Ad p. 24. *n.* 70. De coemeterio appellato *Kerafah Assogra* consule praeterea Sacyum C. A. T. II. p. 112 sq. n. 46, et p. 140 sq. n. 9.

Ad p. 28. *n.* 78. Hunc Nesaïtam de Rossius p. 152 male appellat *Abd Al Rahman Ahmed figlio di Scahab.*

Ad p. 32. *v.* 10. Cf. Hadji Khal. v. رياض النضرة, qui hoc opus adscribit Mohibboddino Ahmedi ibn Abdolla ibn Mohammed Thabaritae Meccano Schafeitae, A. 694 (Chr. 1294—5) defuncto. In Cod. Leydensi diserte legitur محب الدين أبو جعفر محمد الطبري. Ex reliquis operibus a Soyouthio memoratis nullum ab Hadji Khalifa laudatur, nisi illud, quod كتاب القراآت inscribitur, et illo teste Abou Obeidam Al Kasemum ibn Salam, A. 224 (Chr. 838—9) mortuum, auctorem habet, interpretem vero Thabaritam, qui eo loco male obiisse dicitur A. 476 (Chr. 1083—4).

Ad p. 32. *v.* 16. Apud Hadji Khalifam citatur liber طبقات النساك sive *classes devotorum*, auctore Abou Saïdo Ahmede Ibn Hasan Ibn Al Aârabi Emesseno, defuncto A. 872 (Chr. 1467—8), quem procul dubio hic designavit Soyouthius. Ergo, cum hic ab Abou Zacarja seculi septimi scriptore laudari non potuerit, aut duo Ibn Al Aârabii epicedia in Thabaritam scripserunt, aut, quod verosimilius, numeri apud Hadji Khalifam corrupti sunt.

Ad p. 33. *extr.* Hadji Khalifa v. جمهرة affirmat huic Lexico, ipso teste Ibn Doreido, hoc nomen datum esse, quod الجمهور من كلام العرب, *majorem partem Linguae Arabicae* in illud contulisset. Addit magnam esse inter exemplaria discrepantiam, quia illud opus primum in Perside, deinde Basrae, postremo Bagdadi memoriter dictaverat auctor. Hinc recentissimam editionem optimam judicari, imprimisque illud exemplum, quod ab Obeido ibn Ahmed ibn Hadjadj, variis codicibus collatis, fuerat descriptum. Nonnulli ferunt Ibn Doreidum hunc librum dictasse A. 297 (Chr. 909—10), neque in eo componendo ullum opus, quo memoriam juvaret, inspexisse, nisi in verborum Hamzatorum et dupliciter imperfectorum tractatione. Hanc autem ingenii praestantiam paene incredibilem nihil ipsi profuisse dicit adversus maledicentiam pessimorum hominum, hos versiculos in eum jactantium: ابن دريد بقرة ‘ وفيه عي وشرة ‘ ويدعي من حمقه ‘ وضع كتاب الجمهرة, *Ibn Doreid vacca est, Balbutiens et avidissima, Arrogansque sibi prae stultitia Componere librum Al Djamharah.* Caeterum duos epitomatores habuit, alterum Scherefoddinum Mohammedem ibn Nasrallah ibn Anin, poëtam, defunctum A. 630 (Chr. 1232—3), alterum Ismaëlem ibn Ibadum As Sahebum, qui compendium suum الجوهر inscripsit.

Ad p. 36. *n.* 100. Casirius *Bibl. Arab. Hisp.* T. I. p. 139, brevem de Ibn Doreido proferens notitiam ex Scholiasta Mohammede ibn Ahmed ibn Hescham Lakhamita, quem nescio qua de caussa Hispalensem appellavit, nostrum Abou Michaëlis Regis ex prima Seldjukidarum Dynastia amicitiam adeptum esse dicit, ubi in Arabicis tantum legitur وصحب ابي (l. ابا) ميكال شاه. Addit Bagdadum rediisse Ibn Doreidum, ex regio solio jam deturbato Abou Michaële, ubi Schol. habet: بعد عزل ابي ميكال. Seldjukidae certe tum nulli erant, nec caussam video cur in tam im-

immanem errorem auctor inciderit, nisi forte Abou Michaëlem cum Michaële Seldjuki filio confuderit. Idem Casirius (quem exscripsit de Rossius *Dizion. Stor.* voce *Doreid*) poëma Al Maksourah Latine *Regium conclave* appellat, et ex Scholiaste docet Ibn Doreidum pro eo 10000 aureorum accepisse: cum Ibn Khalican tantum de nummis argenteis loquatur. Aliter nec tamen melius explicat vocem Herb. v. *Maksurah*, quem praeterea de nostro vide v. *Doreid*, item *Derid* et *Deridiah*, et in *Supplem.* p. 731. Carmen autem appellatur *Maksourah*, quia omnes illius versus desinunt in literam Elif aut Ye vocali carentem. Cf. de Sacy G. A. T. I. §. 69 et 731. Celebratissimi poëmatis alios etiam Interpretes memorat Hadji Khalifa v. مقصورة, illis ab Ibn Khalicano laudatis adjungendos, quos hic brevitatis caussa omittimus.

Ad p. 38. *n.* 121. De Abou Hatemo Sahal adi praeterea Reiskium ad Abulf. A. M. T. II. n. 305.

Ad p. 40. *n.* 135. De Darakothnio vide etiam in *Suppl. Herbelotii* Reiskium v. *Darcathani*, qui tamen *Darcathan* (sic enim vocem effert,) male vocat regionem Bagdado vicinam.

Ad p. 44. *n.* 170. Postea casu magis quam industria vitam viri reperi apud Ibn Khalic. n. 54. Cod. P. T. I. p. 60 sq. Leyd. M. T. I. p. 74 sq. Pleno nomine appellatur Aboul Hasan Ahmed ibn Djafar ibn Mousa ibn Yahya ibn Khaled Al Barmeki, et cognomen Al Djahthah (الجحظة) ut emendatius legendum est, accepit ab Abdolla ibn Môtaz, de quo cf. n. 41.

Ad p. 45. *n.* 176. Locum Kamousi huc pertinentem jam usurpatum esse video a Celeb. de Sacy C. A. T. III. p. 514 sqq.

Ad p. 47. *v.* 24. His jam scriptis incidi in notitiam de Mesoudio, a Celeb. de Sacy ex majore Aboul Mahaseni opere depromtam C. A. T. II. p. 489 sqq., unde inter alia eum Môtazalitam fuisse apparet. Obitum refert auctor ad A. 345 (Chr. 956—7). Equidem tamen verosimilius existimem eum, ut vulgaris opinio fert, anno praecedente decessisse; quia et Dzahabius, Aboul Mahaseno duobus fere seculis antiquior, et Hadji Khalifa variis locis, in eodem consentiunt.

Ad p. 48. *v.* 20. Hadji Khalifa v. لب التواريخ auctorem vocat Ismaëlem ibn Abdollathif, ejusque historiam A. 948 (Chr. 1541—2) absolutam esse dicit.

Ad p. 50. *n.* 181. Hadji Khal., v. ديوان الادب في اللغة, hunc Djeuharii avunculum vocat Ishakum ibn Ibrahim, at Ibrahimum in v. الصحاح, eumque Anno circiter 350 (Chr. 961—2) decessisse tradit, addens opus hic laudatum in quinque partes distributum esse; quarum prima de nominibus, altera de verbis, tertia de particulis, quarta de inflexione nominum, quinta de conjugatione verborum agat, perfectumque esse librum in urbe Zebido, exposuisse eundem et emendasse Hasanum ibn Modhaffer Nisabouriensem, A. 442 (Chr. 1050—1) defunctum, auxisse vero et egregie ornasse Abou Saïdum Mohammedem ibn Djafar, cujus editio decem magna volumina impleat.

Ad p. 51. *v.* 12. Hadji Khalifa mortem Djeuharii refert ad A. 392 (Chr. 1001—2) v. الصحاح, et inter alia laudat Grammaticorum Tebrizii et Tsâlabitae de illius Lexico sententias, merito quidem laudibus illud celebrantium, at magnis quoque vitiis laborare asseverantium, quae tamen ex parte non ipsi, sed Ibrahimo isti ibn Saleh Al Warrako, cujus etiam in Dzahabii fragmento mentio fit, adscribenda sint. Auctorem enim, postquam diu linguae accuratius discendae caussa in

Ae-

Aegypto haesisset, Nisabouram rediisse, ibique Lexico conficiendo incubuisse; deinde (uti in suo *de Eruditionis subsidiis* Libro (معجم الاسباب الادبية) tradat Yakoutus,) ubi opus jam rudi Minerva absolutum, ad Literam Dhad usque in ordinem redegisset, ab invido quodam, qui in ejus amicitiam se insinuaverat, mentem ipsius philtro corruptam fuisse: hinc invalescente morbo, alas ligneas sibi adaptasse, et, frustra retinentibus amicis, volare cupientem ex summo tecto se praecipitasse. Hinc, quae ipse in adversariis inchoata reliquerat, ab Ibrahimo perfecta esse. Pergit deinceps Hadji Khalifa ad Viros doctos enumerandos, qui Djeuharium commentariis supplementisve etc. ornarunt. In his primum nominat Abou Abdollam Mohammedem ibn Ali Khowarezmium, qui vitia Lexici correxit opere inscripto التنبيه والايضاح على ما وقع من الوهم فى الصحاح, in eaque re multum superavit doctorem suum Aliüm ibn Djafar Al Kathaäm, secundum Hadji Khalifam A. 583 (Chr. 1187—8) defunctum, qui in As Sihahum ediderat notas marginales (الحاشية), sub titulo ايضاح الصحاح, quod opus, morte auctoris abruptum, perfecit Abdolla ibn Mohammed Schirazius, defunctus A. 628 (Chr. 1230—1). Quae omiserat Djeuharius, ea magno deinceps volumine supplevit Radhyeddin Hasan ibn Mohammed As Sanaâni (الصنعاني), mortuus A. 651 (Chr. 1253—4). Sequuntur longo agmine multi, qui scholia in Lexicon Djeuharianum scripserunt, quos prudens omitto. His subjungit auctor alios, sive commentatores (in his magnum Djelaloddinum Abdorrahmanum ibn Abou Becr Soyouthium), sive Interpretes in Linguam Turcicam, ut Mohammedem Efendium ibn Mostafa Al Wanium cogn. Wankouli (وان قولي), defunctum A. 1001 (Chr. 1592—3), cujus versio edita est Constantinopoli A. 1728. Cf. Schnurrer *Bibl. Arab.* p. 63 sq. Alter interpres est Al Fadhel Piri Mohammed Efendi ibn Yousef الانقروي, qui decessit A. 863 (Chr. 1458—9), et exemplo usus est a celeberrimo scriba Yakouto Mausalensi (qui obiit A. 618 (Chr. 1221—2) (Cf. Ibn Khal. n. 798) exarato. Hic autem sua manu isti Codici notam addiderat, quâ testatus est se sua descripsisse ex MS. Abou Sahali Rezinoddini Mohammedis ibn Ali Heratensis, ex ipsius auctoris autographo derivato. Huic enim auditori suo Djeuharium totum opus suum communicavisse, ipsius verbis allatis, Yakoutum docuerat Ismaël ibn Mohammed ibn Abdous Ad Dahhan (الدهان) Nisabouriensis, quidquid ab hoc Abou Sahali exemplo differat, ab aliis additum esse affirmans. Haec omnia, uti recte observat Hadji Khalifa, eorum refragantur auctoritati, qui magnam partem operis imperfectam in schedis reliquisse Djeuharium testantur. Nec multo certius videtur illud, quod supra, eodem teste Hadji Khalifa, tradidimus, Djeuharium diu in Aegypto egisse, ut linguam Arabicam perfectius disceret. Nam quod sciam, illa regio numquam celebrata est, a sermonis Arabici, quo incolae utuntur, integritate. Cum ergo Dzahabius (apud Scheidium in fronte Speciminis Djeuhariani,) de Aegypto quidem sileat, sed Lexicographum nostrum بلاد ربيعة ومضر obiisse tradat, voces مضر et مصر confusas esse equidem verosimile existimo. Habet tamen idem illud de itinere Aegyptio de Rossius *Dizion. Stor.* v. *Giauhari* p. 82 sqq., an ex Hadji Khalifa nescio, cujus nonnulla etiam excerpsit Jourdainius *Biogr. Univers.* v. *Djeuheri.*

Ad p. 52. Hadji Khalifa, qui in v. مجمع الامثال nonnulla ex Meidanii praefatione excerpsit, complura auctorum nomina aliter scribit. Sic pro ابن سلمة habet ابو سلمة, item عبيد بن شرية, nec non السيرافي والقطان pro عبيد بن سرية et الشرقي ابن القطامي. Addit deinceps ex au-

auctoritate Djelaloddini Abdorrahmani Soyouthii, simultatem inter Meidanium exstitisse et Zamakhscharium. Hunc enim, cum exemplum libri proverbiorum Meidanii nactus esset et perlegisset, nomen scriptoris in titulo mutasse et pro الميداني scripsisse العنداني, quae cum audivisset Meidanius, in fronte Codicis operis cujusdam Zamakhschariani الزمخشري mutasse in الزنخشري. Prius sic explicatur: عنداني duplicem significationem habere, alter in a عندي, ut Zamakhscharius tecte indicaverit Meidanium omnia ex suo Proverbiorum libro المستقصي في الامثال derivasse; alteram Persicam, qua notet *ignorantem*. Illud durum, hoc plane falsum videtur. Nam Lexica Persica vocem ignorant. Nec الزنخشري ibidem bene compositum existimatur ex زن *femina*, *uxor*, et شري *emere* vel *vendere*, aut شري *malignus*, sed potius ex hoc vocabulo et زنخ *corruptus*, *putidus*, conflatum est; uti illud العنداني ad عند *contumacem et injustum esse* alludere censeo. Quidquid est, eodem affirmante Hadji Khalifa, haud desunt qui tradant Zamakhscharium potius librum Meidanianum suo longe praetulisse, et poenituisse eum operae in eo consumtae. Quod autem paene omiseram non 6000, uti vulgo fit, sed 7000 proverbiorum in Meidanio numerat Hadji Khalifa.

Ad p. 56. *v.* 9. Speciminibus Proverbiorum Meidanii, quae memoravimus, alia pauca addenda sunt, jam enumerata a Schnurrero, *Bibl. Arab.* n. 221, 222, 225, 226, et de Rossio *Dizion. Stor.* v. *Meidani*, qui omnino legendus est.

Ad p. 58. *v.* 14. An pro الوضاعين leg. الواضعين? Sic apud Hadji Khal. v. ميزان الاعتدال, ubi de traditionis auctoribus agitur, وكتابه هذا قد اوضح فيه الكذابون الواضعون الحديث, et mox ثم احتوي ايضا علي المتروكين الهلكي الذين لم يعبأ ولم يعتمد علي روايتهم الواضعون, ubi الحديث, ex sign. ult. Sp. I. apud Golium, sunt *Spurii et supposititii quod ad traditionem attinet.*

Ad p. 59. *n.* 197. De voce خط, ejusque distinctione ab حارة et درب, vide Illustr. de Sacy *Relat. de l'Egypte* p. 384 sq. n. 15.

Ad p. 65. *n.* 198. *v.* 14 *sq.* De vera notione vocum القيسارية et ربع h. l. omnino vide quae notavit Vir Illustr. de Sacy *Relat. de l'Egypte* p. 303, n. 7 et 8, et p. 403 sq. n. 67.

Ad p. 66. *v.* 15. Locis de Borhanoddino البقاعي hic laudatis adjunge Herb. v. *Beian al egma*, qui libri a Borhanoddino scripti titulus est, et apud Hadji Khal. sic plenior exstat: بيان الاجماع علي منع الاجتماع في بدعة الغناء والسماع, *Declaratio opinionis orthodoxae ad prohibendos coetus novae haereseos, musices acroamatisque gratia institutos.*

Ad p. 68. *v.* 23. Ex locis Hadji Khalifae duobus, quae huc pertinent, inter se comparatis, inexplicabilis oritur difficultas. Nam in v. مراصد الاطلاع hoc opus adscribit Bedroddino (?) Al Hafedho Djelaloddino Abdorrahmano ibn Abou Becr Soyouthio; in voce vero معجم البلدان magnam partem affert praefationis Yakouti, inter alia profitentis se كتاب مراصد الاطلاع علي اسماء الامكنة والبقاع suo libro inseruisse; quem nodum aliis solvendum relinquo.

Ad p. 69. *v.* 8. Locis hic et superius de Yakouto laudatis adde de Rossium *Dizion. Stor.* v. *Iakut*, qui tamen aut ignorasse aut non curasse videtur Koehleri verba in *praef. ad Tab. Syr.*, et in

in Repertorio ante laudd., nec non ea quae de Bakouïo, auctore libri تلخيص الاثار وعجايب الملك القهار, disputavit De Guignes *Not. et Extr. des MSS.* T. II. p. 388 sqq. Alias nec hunc librum, nec كتاب مراصد الاطلاع, genuinum Yakouti foetum esse putasset.

Ad p. 91. *n.* 367. An معجم deinceps de Lexico absolute usurpatum est? *Alphabetum* certe significat. Nam Ibn Khalican de libro centies usurpat رتّب علي حروف المعجم, *Ordinatus est secundum seriem literarum* المعجم.

Ad p. 92. *n.* 369. Apud Ibn Khalic. in vita Haririi Gallice edita a Viro Ill. de Sacy C. A. T. III. p. 183, Vezirus iste appellatur Kemaloddinus, ejusque opus hic laudatum vocatur انباه الرواة في ابناء النحاة, qui titulus prorsus respondet lectioni Hadji Khalifae, et Codicis L. h. l. Cf. n. 242. Etiam in Haririi vita, in utroque nostro Codice, Palm. T. I. p. 687, Leyd. M. T. II. p. 361, Veziro cognomen tribuitur Djemaloddini, libri vero inscriptio novas mutationes passa est. Nam in Palm. est البناه الرواة علي الباب النحاة, in Leyd. vero اثبات الرواة علي انباء النحاة.

Ad p. 109. *n.* 422. De Abou'l Modhaffero Mohammede Abyourdensi cf. etiam Wilken *Gesch. der Kreuzzüge* T. II. Beil. I.

Ad p. 122. *n.* 475. Quanto studio Commentarius Al Keschaf, licet ab homine suspectae fidei conscriptus esset, in orbe Mosl̄emico exceptus sit, ingens docet numerus Commentatorum, Scholiastarum, Epitomatorum, quos in amplissima hujus libri notitia longo ordine recenset Hadji Khalifa.

Ibid. ad n. 476. Hadji Khalifa librum appellat: الفايق في غريب الحديث, eumque A. 516 (Chr. 1122 — 3) absolutum esse, et ordinem Alphabeti sequi dicit. Cf. ejus Lexicon in vv. فايق et غريب.

Ibid. ad n. 478. Cum in exempli Bibliothecae publicae titulo simpliciter legatur كتاب ربيع الابرار من مولفات الزمخشري — فصوص الاخبار, reliqua quae sequuntur, alius operis titulum esse putaveram. Nunc autem ex Hadji Khalifa haec etiam ad ربيع الابرار pertinere intellexi.

Ibid. ad n. 480. Etiam hic liber est inter celebratissimos, cujus commentatores circiter viginti quinque recenset Hadji Khalifa, illius operis compendium esse docens الانمودج في النحو, quod sequitur, et pariter complures nactum est interpretes. Eodem teste المفصل scribere instituit Zamakhscharius die 17 Ramadhani A. 513, absolvit, ineunte Moharremo A. 514, non 515, ut infra male legitur apud Ibn Khalic. Nam procul dubio uterque scriptor hoc ideo commemoravit, ut diligentiae doctrinaeque Zamakhscharii specimen proferret, quae, si opus trimestri vel quadrimestri spatio confecit, profecto admirabiles fuerunt, at si quindecim sedecimve mensium, haud ita magnae.

Ad p. 123. *n.* 481. Celeberrimi Grammatici nomen non *Sibouya*, sed *Sibawaïh* pronuntiari jubet Vir. Ill. de Sacy *Relat. de l'Egypte* p. 482. n. 36, quia ex سيب *malum, pomum*, et بوي *odor*, vocabulis Persicis, est conflatum.

